 { Perdicis, Vespertilionum,
 { Suis, Taxi, tauri, testudinis.
 Serum lactis.
 Sperma { Ranarum.
 { Ceti.
 Testes { Galli.
 { Equini.
 Cera { alba, Citrina, } factitia.
 { rubea, flaua, }
 Oesypus, lanæ succidæ pinguitudo.
 Oculi Cancri, Lapidés Gammarorum.
 Sericum crudum.
 Seta è bombice.
 Virga Ceruina, Taurina.
 Vngula Alces, Asini, Capræ, Porci.
 Vrina hominis, Apri, Capri, Canis,
 Tauri.

M A R I N A.

A

Ambra grisea odorata.
 Aqua & arena maris.

B

Bitumen Iudaicum, Asphaltus.
 Buccinarum testa.

C

Carabe vel Cacabre, i. Succinum, Ele-
 strum nig. Gagates, Ambra citrina.
 Cancrorum, gammarorum testa.
 Cionia testa.
 Concha venerea.
 Corallina.
 Cochlearum testa.
 Corallium { album } frutex faxeus.
 { rubrum }

Dactyli.

S I M P L I C I V M.

D

Dactyli.
Dentalis.

E

Entalis.

F

Flos salis, Maris, Sperma Coeti.

H

Halcionium, spuma & pila Maris.

L

Lapis spongiæ, Spongites:

M

Margarita solida, perforata, vnio.

Mater Perlarum.

Mitulorum testa.

Muria.

N

Naphtha, genus liquidi Bituminis, Petroleum.

P

Pumex.

Purpura.

S

Spongia, fungus maris.

Succinum album, citrinum, nigrum vt prius.

T

Tellina.

V

Vmbilicus marinus.

S A L E S.

Sal Gemmæ, fossilis, Crystallinus, Indus, Ammoniacus, Armeniacus, Niger, communis, Factitius, Petræ, Marinus, Alkali, &c.
Nitrum, Sal nitri.
Aphronitrum.
Spuma salis, è spuma Maris.
Borax vel Baurach, Tinear.
Chryfocolla factitia è nitro fossili.
Terra viridis.

M E T A L L I C A

MINERALIA, ET

L A P I D E S.

A

Æs, i. æs Vstum.

Æris squama, batitura decutita.

Æris flos, rubigo æris, ærugo.

Ærugo rasilis, i. vide æris.

Ætites, Lapis Aquilæ.

Alabastrites.

Alabastrum.

Alana terrea, Tripolis vulgò.

Alectorius, lapis Gallinaceus.

Natium

Liquidum.

Rotundum.

Scissile, plumosum, capillare.

Alumen

Factitium.

Vulgare rupeû, ex lapide cãdido. Alumẽ rochæ.

Catinum, ex cineribus Sodæ.

Squamosum, ex lapide speculiori, Scariolæ.

Fæcum, ex fæcibus vini.

Zucharinum, ex rupeo aqua rosaceâ, saccharo & oui albumine.

Amiantus, seu Amianthus, linum viuum, amentum, pilus Salamandræ.

Ampelitis terra.

Amethystus, violacei coloris gem.

Antimonium, Stibium, Stimmi.

Antimonij vitrum.

Argentum } foliatum.

} Scobs argenti.

Argentum viuum, hydrargyrus, Mercurius.

Argentum viuum } præcipitatum.

} Sublimatum.

Armenius lapis, seu Armenus.

Arsenicum, Arrhenicum, i. album sublimatum, crystallinum.

Auri

C A T A L O G V S

Auripigmentum, i. Arsenicum luteum.
 Argilla.
 Asterius gem.
 Aurum foliatum, obrizum.

B

Berillus.
 Bolus Armenus, gleba Orientalis.
 Bufonis lapis.

C

Cadmia natiua, lapis Calaminaris.
 Cadmia fornicaria, botrytis, tutia, offic.
 ex fauilla calaminaris natiuæ.
 Calx, viua, extincta.
 Cerussa.

Calcanthum, vitriolum, atramentum
 furtiuum, }
 salba.
 torium, copparosa, } viridis.
 } cærulea siue Rom.

Chalcitis, atramentum rubrum.
 Chalybs, stomoma ferri.
 Chrysolithus.
 Chrysopasius.
 Cotes.

Creta } argentea, alba.
 } viridis, cærulea, rubra.
 Crystallus.

Cinnabaris } minium natiuum.
 } factitia ex sulphure & ar-
 } gento viuo.

D

Diaphryges, sex eris subsidens quod bis
 rostum.

F

Ferrum, ferri scoria, squama, rubigo.

G

Granatus, Carbunculus Charcedonicus.
 Gagathes, obsidianus lapis, carbo petre
 Gypsum.

H

Hæmatites, lapis Sanguinari.

Hyacinthus.

I

Iaspis.

L

Lazuli, lapis Cyaneus.

Lapis } Lyncis, Asiæ, Arabicus.
 } Belemnites, Lyncirius.
 } Iudaicus.

Lythargyrum colore } auri, Chrysitis.
 } argenti, Argyrites.

M

Magnes, Sideritis, Herculeus lapis.
 Marchasita, Pyrites, Zeg nigrum Ara-
 bum.
 Marmor.

Melanteria.

Minium } natiuum, cinnabaris naturalis.
 } factitium } ex cerussa, Sandix.
 } } ex plumbo calcinato,
 } } minium vulgare.

Myfi, atramentum luteum.

N

Nephriticus lapis.

O

Ochra lutea, lutum Montanum.
 Ophites, marmor Serpentinum.
 Onix, lapis Onychinus.
 Opalus.

P

Plumbum } albu, argentarium, stannum.
 } nigrum, vulgare.
 Plumbago, Molybdæna, Galena, Lapis
 Plumbarius.

Pompholyx siue Tutia Arabum, Nihil
 album.

R

Rubinus lapis, Pyropis, Carbunculus.
 Rubrica fabrilis, synopica.
 Realgar. Arsenicum rubrum.

S

Sapphyrus, Cyanos.

Stannum.

Sardinus lapis, Sarda, Corneolus.
 Smaragdus.

Selenites, Specularis lapis.

Spodium, Nil griseum.

Sulphur } natiuum, viuum.
 } factitium, vulg.

Flores sulph.

Sory, Atramentum metallicum, gri-
 seum.

Smyris, Smeryllus.

T

Terra } Sigillata, Lemnia sacra, Sphra-
 } Samia, Salinusia, Chia, melita.
 } Silesiaca, Stringensis, Solis A-
 } xungia.

Thra-

S I M P L I C I V M.

Thracius lapis. Chimolia.

Tartarum, fæx vini.

Talchum.

Topasius lapis.

Turcosius, Feruzegi Mesues.

Testæ fornaceæ.

Plura iisdem simplicibus nomina, sæpe condonamus, & diuersa quandoque specierum indiuidua distinguendo supponimus. Succedanea antiballomena in classes redigere minimè placuit, ne vel in substitutis audaculi, viliora & spuria, pro magis pretiosis & legitimis arripiant: hæc enim (quo decet) suo semper loco subiecimus. Simplicium capita sic recensuimus, vt sub his recensita enumerasse sufficiat. Hæc si aduertant, dictum satis.

N V N C V.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

EMING

N V N C V P A T I O N V M
 Q V A R V N D A M C O M M V N I
 V M I N T E R P R E T A T I O .

Q V I N Q V E F L O R E S
 C O R D I A L E S .

Rosarum.
 Violarum.
 Borraginis.
 Buglossi.
 Anthos, vel Melissæ.

Q V I N Q V E H E R B Æ
 E M O L L I E N T E S .

Althæa.
 Malua.
 Beta, Brancha vrsina, Acan-
 thus.
 Mercurialis.
 Violaria. Parietaria.

Q V A T V O R S E M I N A
 C A L I D A M A I O R A , C A R -
 M I N A T I V A .

Anisi.
 Fœniculi.
 Carui.
 Cumini.

Q V A T V O R S E M I N A
 C A L I D A M I N O R A .

Ammeos.
 Amomi.
 Apij, Latifolij, crispj, satiui.
 Dauci, Pimpinellæ vulgaris.

Q V A T V O R S E M I N A
 F R I G I D A M A I O R A .

Cucurbitæ.
 Cucumeris.
 Citruli.
 Melonum.

Q V A T V O R S E M I N A
 F R I G I D A M I N O R A .

Endiuia, Angustifolij. } In-
 Cichorij, Latifolij. } tybi.
 Lactucæ.
 Portulacæ.

Q V I N Q V E R A D I C E S
 C O M M V N E S A P E R I T I V Æ,
 D I V R E T I C Æ , M A I O R E S .

Apij.
 Asparagi.
 Fœniculi.
 Petroselini.
 Rusci.

R A D I C E S D V Æ .

Fœniculi.
 Petroselini.

Q V I N Q V E R A D I C E S A P E -
 R I E N T E S M I N O R E S .

Graminis, i. Canini vulgaris.
 Eryngii.
 Capparis.

Ononidis.
Rubia.

QUINQUE HERBÆ
CAPILLARES.

Adianthū } nigrum, seu Capillus
 } Veneris.
 } album, seu Ruta mu-
 } raria. Salvia vitæ.

Polytricon aureum.
Trichomanes.
Aspenium, Ceterach. Scolo-
pendrium.

QUATVOR AQVÆ PLEV-
RITICÆ.

Cardui B. Mariae.
Taraxaconis.
Cardui Benedicti.
Scabiosæ.

FLORES COMMVNES
CALIDI.

Chamæmeli.
Meliloti.
Ireos, seu Lilij.

TRIA OLEA STOMA-
CHICA.

Absinthij.
Cydoniorum.
Mastichinum.

QUATVOR VNGVENTA
CALIDA.

Agrippæ.
Althææ.
Aregon.
Martiatum.

QUATVOR VNGVENTA
FRIGIDA.

Album Caphuratum.
Populeon.
Refrigerans Galeni.
Rosatum Mesuæ.

QUATVOR VNGVENTA
CHIRVRGIS AD MANVM.

Basilicon, digerit, maturat.
Viride Apostolorum, mundificat.
Aureum, incarnat.
Album, cicatrizat.

FRAGMENTA PRE-
TIOSA.

Sapphyri, Syritæ.
Granati, Carbunculi Charcedo-
nici.
Smaragdi.
Hyacinthi, Chrysolithi, Ame-
thisti.
Sardæ seu Corneoli, Sardini.
Rubini, Pyropi.
Margaritarum, Vnionum.

AQVÆ



AQVÆ SIMPLICIO-
RES DISTILLANDÆ,
QVÆ VSVI, ET SVNT
IN VSV.

Aqua Abrotoni.
Absinthij vtriusque.
Acac. prunell. syluest. Flor.
Acetosæ seu Oxalidis.
Acetosellæ seu Luiulæ.
Adianthi.
Agrimonix.
Alchimellæ.
Alkekengi, Halicacabi.
Altheæ.
Alfines.
Anagalidis.
Anethi.
Angelicæ.
Anguriæ, Melopeponum.
Anthemidis.
Apij.
Aquilegiæ.
Arnoglossi.
Arancior: Flor.
Ari.

Aqua Artemisiæ.
Asari rad.
Asparag.
Auriculæ Muris.
Barbæ hirci, Scurzonieræ.
Bardanæ.
Basilici.
Berber.
Betonicæ.
Betulæ arb.
Borraginis.
Brassicæ.
Brionix.
Buglossi.
Bursæ pastoris.
Calami aromatici.
Calaminthæ vtriusque.
Calendulæ.
Capillorum Veneris.
Caprifolij florum.
Cardui

Aqua Cardui Benedicti.

Centaurij.
 Centinodia, siue Polygoni.
 Ceparum.
 Cerasorum nigrorum.
 Cerefolij.
 Chamæmeli. (tica.
 Chamæpityos, iuxta arthe-
 Chelidonij.
 Cichorij.
 Citri Pomorum.
 Citrulorum.
 Cochleariæ.
 Cochlearum.
 Consolidæ maioris.
 Corticum Iuglandium.
 Crassulæ.
 Cucurbitæ.
 Cuscutæ.
 Cynoglossi.
 Cytoniorum.
 Dentis Leonis.
 Ebuli.
 Endiuia.
 Enulæ.
 Eupatorij.
 Euphragiæ.
 Farfaræ seu Tusilaginis.
 Florum Rorismarini.
 Cyani.
 Fabarum.
 Lamij.
 Siliginis.
 Tiliæ.
 Tunicæ.
 Fœniculi.
 Fragrariæ, & fragorum.
 Fraixini.

Aqua Fumariæ.

Fungorum.
 Galegæ.
 Genistæ.
 Gentianæ.
 Geranij.
 Graminis.
 Hederæ vtriusque.
 Helxines volubilis.
 Herniariæ.
 Hippuridis, Caudæ equinæ.
 Hirundinum.
 Hyperici.
 Hyssopi.
 Iridis.
 Juniperi ex granis.
 Lactucæ.
 Lapathi acuti.
 Lauendulæ.
 Leuistici.
 Ligustri florum.
 Lilij Conuallium, & albi.
 Linariæ.
 Lupulorum.
 Maioranæ.
 Maluæ.
 Marrhubij seu Prasij.
 Matricariæ.
 Meliloti.
 Melissæ.
 Mellis.
 Melonum.
 Mentastrij.
 Menthæ.
 è Mercuriali.
 Milij Solis.
 Millefolij.
 Mororum Celsi.

Aqua Morsus Diaboli.

Nasturtij.
 Nicotianæ.
 Nucum immaturarum.
 Nummulariæ.
 Nymphææ.
 Ononidis.
 Origani.
 Papaueris vtriusque.
 Parietariæ, Helxines.
 Petasitæ.
 Petroselini.
 Periclymeni.
 Picarum.
 Pimpinellæ.
 Plantaginis vtriusque.
 Pœoniæ.
 Polygonati, i. Sigilli Salo-
 monis.
 Polytrichi.
 Portulacæ.
 Primulæ Veris.
 Prunellæ.
 Pulegij.
 Pyrolæ.
 Pyrorum syluestris.
 Quercus, sc: germinum, fol:
 Raparum.
 Raphani.
 Roris Maialis.
 Rosarum { Albarum.
 { Damascenarū.
 { Rubrarum.

Aqua Rutæ.

Sabinæ.
 Saluiæ vtriusque.
 Sambuci.
 Saniculæ.
 Satureiæ.
 Satyrionis.
 Saxifragiæ.
 Scabiosæ.
 Scolopendrij, Phyllitidis.
 Scordij.
 Scrophulariæ.
 Sedi seu Semper vivi.
 Senecionis.
 Serpylli.
 Solani.
 Spermatis Ranarum.
 Spicæ Nardi.
 Squamariæ.
 Tamarisci.
 Tanacetij.
 Tormentillæ.
 Valerianæ.
 Verbasci, Tapsi barbati.
 Verbenæ.
 Veronicæ.
 Violarum.
 Vitium lachrymæ.
 Ulmarie, Regiæ Prati,
 Barbæ Capri.
 Ungulæ Caballinæ, Tuffi-
 laginis, Farfaræ.
 Vriticæ.

*Distillare iam doctos non docemus, seu per ascensum, seu descensum.
 Monemus modo, caueatur empyreuma.*

AQVÆ COMPOSITÆ.

AQVA ABSINTHII MINVS COMPOSITA.

℞ Absinthij Sicci libras duas.

Semin: Anisi libram dimidiam.

Macerentur in spiritus tenuioris aquæ vitæ congiis sex, per horas viginti quatuor, deinde extrahatur spiritus per Alembicum addendo post distillationem,

Sacchari purissimi quantū satis.

Eodem modo parantur

Aquæ Folior. Angelicæ cum toto.

Semin: Anisi.

Cortic: Aurantium.
Limonum.

Herbar: Melissæ.

Menthæ.

Rorismarini.

Saluæ, &c.

AQVA ABSINTHII MAGIS COMPOSITA.

℞ Absinthij Romani,
Vulgaris ana. librā

Saluæ. vnam.

Menthæ.

Melissæ ana manipul. duos.

Radic: Galangæ.

Zingiberis.

Calami aromatici.

Enulæ Campanæ ana
drachmas tres.

Glycyrrhizæ vnciam vnam.

Vuarum passarum exacinarum vncias tres.

Semin. Anisi.

Foeniculi dulcis ana
drachma sex.

Cinnamomi.

Caryophyllorum.

Nucis Moschatae ana. drachmas duas.

Cardamomi.

Cubebarum, ana drachmam unam.

Incidantur incidenda, Contundantur contundenda, & in

Vini Hispanici libris viginti quatuor infundantur per horas viginti quatuor, deinde distillentur in Alembico secundum artem: post adde Sacchari ad gratiam; q. s.

AQVA ANGELICÆ MAGIS COMPOSITA.

℞ Angelicæ libras duas:

Anisi semilibram.

Coriandri.

Carui ana vncias quatuor.

Zedoariæ concisæ vncias tres.

Macerentur in spiritus vini tenuioris sex congiis per horas viginti quatuor, deinde extrahatur spiritus fortis, qui Saccharo edulcorandus est.

AQVA

AQVA BEZOARTICA
BREVIS LANGII
lib. 3. Epist. 1.

℞ Chelidonij cum radicibus lotis manipul. tres semis.
Rutæ manipul. vnum.
Scordij manipul. duos.
Dictamni Cretenfis.
Cardui benedicti ana manipul. vnum semis.
Radic: Zedoariæ,
Angelicæ ana drachmas tres.
Cortic: Citri,
Limonum ana drachmas duas semis.
Florum Tunicæ.
Rosarum ana drachmas duas.
Cinnamomi.
Caryophyllorum ana drachmas quinque semis.
Theriacæ Andromachi vncias tres.
Mithridatij vnciam vnam semis.
Camphoræ scrupulos duos.
Trochiscorum de vipera.
Macis ana drachmam vnam semis.
Xyloaloes scrupulos duos.
Santali Citrini drachmam vnam semis.
Conseruæ florum Tunicæ vncias duas.
Semin: Cardui benedicti vnciam vnam.

Specierum Electuarij Liberantis scrupulos quinque.

Limaturæ cornu Monocerotis vel

Cerui drachmam vnam semis.

Incidenda incidantur & per tri-
duum macerentur in spiritus vini
optimi, &

Vini Maluatici, ana libris tribus.

Aceti florum Tunicæ libra di-
midia.

Et lentissimo igne distillentur per
B.M.S.A. in vase vitreo.

Postquam ad medias facta fuerit
distillatio; Quod in vase erit, co-
lari possit per pannum lineum,
Colatura distillatione reduci in
Extractum mellagineum, quod
asseruetur sub nomine Extracti
Bezoartici; & hoc modo ex om-
nibus penè aquis compositis Ex-
tracta parari possunt.

AQVA BEZOARTICA
MATTHIOLI.

℞ Antidoti magnæ Matthioli.

Syrupi de corticibus Citri ana
libram vnam.

Aquæ vitæ factæ ex vino præ-
stantissimo, & per distillatio-
nes sæpius repetitas rectificatæ
& ad quintam essentiam reda-
ctæ libras quinque.

Ponantur omnia in Matrario
vitreo capaciore, deinde optimè
occluso vase ne quid respiret, con-
quassentur simul diligentissimè, vt
Electuarium optimè cum spiritu
vini commisceri possit; & sic

stent simul commixta per integrū mensem, bis in septimana vas ut prius concutiendo, Electuarium enim facile in fundum residet: finito mense, aquam claram Electuario supernatantem in aliud vas vitreum leniter effundes: vas optimè cera & charta pergamena occludendo; alioqui spiritus facile in fumum euolabit.

AQVA CAPONIS.

℞ Caponem euisceratum, atque in frusta incisum, ademptâ pinguedine; decoque in quantitate sufficienti aquæ secundum artem.

℞ Brodij colati libras duas semis.

Aquarum Borriginis.

Buglossi.

Vini albi ana libram vnam semis.

Flor: Rosarum.

Violarum.

Buglossi.

Borriginis ana drachmas duas.

Micarum Panis recentis libram dimidiam.

Cinnamomi electi fracti vnciam vnam.

Distillentur in Alembico vitreo secundum artem.

AQVA CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contusi libram vnam semis.

Vini Hispanici libras duodecim.

Macerentur & distillentur per Alembicum. Extrahendo fortioris lib. iij. tenuioris q. s. Stillatio liquori addatur sacchari purissimi in tenuissimum pollinem redacti, quantum satis.

AQVA CINNAMOMI MATTHIOLI.

℞ Cinnamomi contusi libram vnam in ponatur in matrarium affundendo.

Aquæ Rosaceæ libras quatuor.

Vini Hispanici librâ vna semis, & optimè occluso vase ponantur in Balneum tepidum per horas viginti quatuor, deinde aperto vase & superposito rostro distillentur s. a. iuncturis optimè clausis, ne quid transpiret.

AQVA CINNAMOMI CLARETA PER INFU- SIONEM.

℞ Cinnamomi contusi vncias quatuor.

Spiritus vini rectificatissimi libras duas.

Fiat infusio per quatrimum vase amplo, vitreo, subere & vesicâ apprimè clauso, vas quotidie bis terve agitando. Seorsim vero dissoluatur libra dimidia Sacchari cand. Crystallini in libris duabus Aquæ Rosar. Misceantur isti duo liquores colati, & indatur nodulus continens.

Ambra

Ambrae griseae scrupulum dimidium.

Moschi Orientalis grana quatuor.

A Q V A C O E L E S T I S
MATTHIOLI.

℞ Cinnamomi vnciam vnam.

Zingiberis vnciam dimidiam.

Santalorum omniū ana drachmas sex.

Caryophyllorum.

Galangæ.

Nucis Moschatae ana drachmas duas semis.

Macis.

Cubeborum ana drachmam vnam.

Cardamomi vtriusque.

Semin: Melanthij ana drachmas tres.

Zedoariae vnciam dimidiam.

Semin: Anisi.

Foeniculi dulcis.

Pastinacæ syluestris.

Ocimi ana drachmam vnam semis.

Radic: Angelicæ.

Caryophyllatae.

Glycyrrhizæ.

Calami odorati.

Phu minoris.

Folior: Sclareæ.

Thymi.

Calaminthæ.

Pulegij.

Menthæ.

Serpylli.

Maioranæ ana drachmas duas.

Florum Rosarum rubrarum.

Saluiæ.

Rorismarini.

Betonicæ.

Stœchados.

Buglossi.

Borraginis ana drachmam vnam semis.

Corticum Citri drachmas tres.

Terantur quæ terenda sunt, & macerentur per dies quindecim in libris duodecim spiritus vini optimi, in vase vitreo optimè clauso, deinde distillentur in B.M.S.a.

Postea aquæ distillatæ adde Specierum Diambrae.

Aromatici rosati.

Diamoschi dulcis.

Diamargariti frigidi.

Diarhodon Abbatis.

Electuarij de Gemmis ana drachmas tres.

Santali Citrini contusi drachmas duas.

Moschi.

Ambrae griseae in tela rara ligaturorum ana scrupulum vnum.

Iulepi Rosati clari libram vnã.

Optimè simul conquassentur, vt Iulepum cum aqua benè incorporari possit, deinde clauso vasis orificio, cum cera & charta pergame-na, reponantur, dum residentiam deposuerint, & aqua sit facta clara.

AQVA CORDIA-
LIS.

℞ Foliorum Angelicæ libram di-
midiam.

Folior: Cardui benedicti vncias
sex.

Melissæ.

Saluiæ ana vncias quatuor.

Semin: Angelicæ vncias sex.

Semin: Fœniculi dulcis vncias
nouem.

Herbæ siccæ, & semina crassiuscu-
lè contundantur, quibus
adde

Specierum Aromatici Rosati
Gabrielis.

Diamoschi dulcis ana
vnciam vnam semis.

Infundantur per biduum in vini
Hispanici libris triginta duabus,
distillentur secundum artem, len-
to igne, & extrahe aquæ fortioris
libras decem, quibus post biduū,
adde sacchari libram vnam semis
soluti in aqua Rosacæ libra vna
semis super ignem.

Ex reliquiis aquæ mitioris, libræ
sex aut plures extrahantur, pro ve-
hiculis Cordialium.

AQVA CORDIALIS
FRIGIDA SAXONIAE.

℞ Succj Borriginis.

Buglossi.

Melissæ.

Bistortæ.

Verbenacæ.

Oxylapathi.

Acetosæ.

Rutæ Caprariæ.

Myrrhidis.

Cyani maioris,
minoris, vel duplum
minoris.

Rosarum.

Calendulæ.

Limonum.

Citri, ana vncias sex.

Succi Pimpinellæ.

Pentaphylli ana vncias
tres.

Aceti vini albi libram vnam.

Semin: Portulacæ.

Florum Nymphææ ana
vncias duas.

Terræ Lemniæ.

Silesiacæ.

Samia, ana vnciam
vnam semis.

Specierum Diatrionfanta-
lon drachmas sex.

Margaritarum præparata-
rum cum acido Citri drach-
mas tres.

Infundantur species, flores & se-
mina omnia (præter terras & mar-
garitas) in succis, & aceto, factâ
maceratione per tres dies distil-
lentur in B. per Alembicum vi-
treum. Liquori stillatio addan-
tur terræ cum Margaritis, & affa-
tim ei misceantur.

AQVA

AQVA ANTEPILEPTI-
CA LANGII.
lib.3. Epist. 1.

℞ Florum Tiliæ manipul. tres.
Lilij Conuallium manipul:
quinque.
Semin: Pœoniæ conquassatorū
vnciam dimidiam.
Infundantur in libris quinque
vini albi optimi per dies octo, de-
inde distillentur in B. M. lento
igne, postea
℞ Florum Rorismarini manipul:
dimidium.
Florum Lauendulæ manipul:
vnum.
Herb: Rutæ manipul: vnum.
Betonicæ manipul: dimidium.
Flor: Stœchados Arabicæ pugil:
vnum.
Radic. Pœoniæ drachmas duas
semis.
Dictamni albi drachmas duas
Scillæ præparatæ drachmam
vnam semis.
Pyrethri drachmam dimidiam.
Visci Quercini drachmas duas.
Castorei optimi drachmā vnā.
Cubeborum.
Cardamomi ana scrupul. vnū.
Macis semidrachmam.
Caryophyllorum scrupul. duos
Nucis Moschatæ scrupul. vnū.
Infundantur incisa & conquassata
per dies sex in prædicta stillatitiâ,
& iterum distillentur per Alembi-
cū in B. M. lento igne, & seruen-

tur ex vitro exquisitè clauso. Ex-
tractum Antepilepticum efficac
vnâ eâdemque paretur operâ.

AQVA HYSTERICA.

℞ Succu Radicum Briotix libras
quatuor.

Succi Rutæ.

Artemisiæ, ana libras duas.

Folior: Siccorum Sabinæ mani-
pul. tres.

Matricariæ.

Nepetæ.

Pulegij regalis, ana mani-
pul. duos.

Folior: Ocimi.

Dictamni Cretici, ana
manipul. vnum semis.

Corticis Aurantiorum flauu recen-
tis vncias quatuor.

Myrrhæ vncias duas.

Castorei vnciam vnam.

Vini Canarini generosissimi li-
bras duodecim.

Digerantur per quatrimum vase
idoneo, mox fiat in Balneo distil-
latio, deinde sub medium distil-
lationis expressio, & colatura: &
tandem per distillationis conti-
nuationem, & tincturæ inspissa-
tionem, præparetur Extractum
Hystericum.

AQVA IMPERIALIS.

℞ Cortic: Citri sicci.

Aurantiorum.

Nuci

Nucis Moschatae.
 Caryophyllorum.
 Cinnamomi, ana uncias
 duas.
 Cyperi.
 Ireos Florentinae.
 Calami aromatici, ana
 unciam vnam.
 Zedoariae.
 Galangae.
 Zingiberis, ana unciam
 dimidiam.
 Summitat: Lauendulae.
 Rorismarini, ana mani-
 pul. duos.
 Folior: Lauri.
 Maioranæ.
 Hyssopi.
 Melissa.
 Menthae.
 Salviae.
 Thymi, ana manipul.
 vnum.
 Rosarum albarum.
 Pallidarum recentium.
 ana manip. dimidium.
 Aquæ Rosarum libras qua-
 tuor.
 Vini albi optimi libras
 octo, &
 Contusis contundendis infun-
 dantur per horas viginti quatuor
 in Alembico vitreo super cineres
 calidos, deinde distillentur vt ar-
 tis est.

A Q V A M E L I S S Æ
 M A G I S C O M P O -
 S I T A.

℞ Melissa libram vnam.
 Thymi.
 Pulegij, ana drachmas tres.
 Cinnamomi drachmas duas.
 Cardamomi minoris drachmā
 vnam.
 Granorum Paradisi unciam di-
 midiam.
 Semin: Fœniculi dulcis unciam
 vnam.
 Nucis Moschatae.
 Zingiberis, ana drachmam
 vnam.
 Galangae drachmas sex.
 Calami aromatici.
 Cyperi ana drachmam v-
 nam semis.
 Dictamni drachmam di-
 midiam.
 Contundantur omnia & infun-
 dantur in vini Hispanici libris
 octo, &
 Ceruisiæ fortis libris sex, horas
 viginti quatuor.
 Distillentur per Alembicum ex-
 trahendo fortioris libras tres.
 A Q V A M A R I Æ.
 ℞ Sacchari cand. libram vnam.
 Vini Canarini uncias sex.
 Aquæ rosaceæ uncias quatuor.
 Fiat Syrupus benè coctus, cui ad-
 de

de Aquæ cœlestis libras duas.
 Ambræ griseæ.
 Moschi ana. Grana octodecim.
 Croci grana quindecim.
 Santali citrini in aqua cœlesti
 infusi drachmas duas. fiat
 aqua depurata.

A Q V A M I R A B I L I S.

℞ Caryophyllorum.

Galangæ.

Cubeborum.

Macis.

Cardamomi.

Nucæ Moschatæ.

Zingiberis, ana drachmam vnam.

Succi Chelidoniæ libram dimi-
 diam.

Aquæ vitæ libram vnam.

Vini albi libras tres.

Infundantur viginti quatuor
 horas, & distillentur per Alembi-
 cum libræ duæ.

A Q V A R O R I S S O L I S
 vulgo dicta, ROSA SOLIS.

℞ Nucis Moschatæ,

Semin. anisi.

Coriandri, ana vnciam
 vnam.

Galangæ.

Zingiberis,

Caryophyllorum, ana vnciam
 dimidiam.

Rosarum rubrarum manipul.
 vnum.

Roris Solis manipul. sex.

Glycyrrhicæ rasæ vncias duas.

Cardamomi,

Zedoariæ.

Granor: Paradisi,

Calami aromatici, ana drach-
 mam vnam.

Santali citrini drachmas duas
 Santali rubri.

Cinnamomi ana vnciam vnā
 semis.

Aquæ vitæ optimæ libras duo-
 decim.

Infundantur s. a. per octiduum, &
 percolatis adde Sacchari libram
 vnam semis.

A Q V A D O C T O R I S
 S T E P H A N I.

℞ Cinnamomi,

Zingiberis,

Galangæ,

Caryophyllorum,

Nucis Moschatæ,

Granor: Paradisi,

Sem. Anisi.

Fœniculi.

Carui ana drachmam vnā.

Herb. Thymi,

Serpylli,

Menthæ.

Saluiæ,

Pulegij,

Parietariæ,

Rorismarini.

Flor. Rosarum rubrarum.

Chamæmeli,

Origani,

Lauendulæ, ana manipul.

vnum.

Vini Gasconici libras duodecim.

Infundantur omnia per horas

E

duode-

duodecim, deinde in Alembico distillentur fortioris libræ tres.

AQVA PROTHERIA-
CALIS.

℞ Fol. Scordij.
Scabiosæ,
Cardui benedicti,
Galegæ, ana manip. duos
Corticum Citri,
Aranciorum sicc. ana
vncias duas.

Semin. Citri,
Cardui benedicti,
Seseleos,
Thlaspios, ana vnciam
vnam.

Florum Calendulæ.

Anthos, ana manip. vnum.

Incidenda incidantur, & contundenda crassiusculè contundantur, & cum vini albi meraci libris quatuor, & aquæ Cardui bened. libris duabus, in vas vitreum immittantur bene obturatum, ità vt per duas hebdomadas insolentur, vel in stupha furnaria per aliquot dies macerentur, factâ s. a. agitatione frequenti. Tum demum in B. M. distillentur, ità vt libræ duæ priores extillatæ per se separatim vsui reseruentur. Quæ verò postea per distillationem effluit aqua, itidem per se vsui asseruetur, tandemque singulis libris admisce

Iulapij Alexandrini vnciam
vnam.

Aquæ Cinnamomi cochleare
vnum.

Haud nos latet plurima simplicia ingredi compositionem Theriacæ, quorû virtutes distillatione factâ in B. M. elici nequeunt ad amissim. Hanc igitur ex industria substituímus, cui tempore exhibitionis Medicus rationalis pro data indicatione vel Theriacam, vel Diascordium, vel Syrupum aliquem conuenientem poterit adiacere. Receptam tamen Theriacalis stillatitiæ vnâ adiunximus, ne præuaricari videamur.

AQVA THERIACALIS
LVGDVNENSIS PER
INFUSIONEM.

℞ Vini optimi distillati aliquoties,
Vini Cretici,
Aceti acerrimi, (in quo seminû
Rutæ vnciam semis fuerit in-
cocta,) ana libras duas.

Theriacæ electæ.

Mithridatij optimi, ana libram
dimidiam.

Misce ac insolentur, vel tepore
Balnei aliquandiu calefiant ac de-
inde asseruetur vsui aqua colata.

AQVA THERIACALIS
STILLATITIA.

℞ Succu putaminis viridis nucum
Iuglandium libras quatuor.
Succi Rutæ libras tres.

Succor: Cardui benedicti.

Calen-

Calendulæ,
 Melissæ, ana libras duas.
 Radicum Petasitæ recentium li-
 bram vnam semis.
 Radic: Bardanæ libram vnam.
 Radic: Angelicæ } recentium, ana
 Imperatoriæ } vncias sex.
 Folior: Scordij manip. quatuor.
 Theriacæ Andromachi veteris
 & probatæ.
 Mithridatij, ana vncias octo.
 Vini Canarini generosissimi li-
 bras duodecim.
 Aceti vini albi acerrimi libras sex.
 Succi Limonum libras duas.

Fiat per biduum digestio in fi-
 mo equino, vel Balneo, vase opti-
 mē clauso, deinde per arenam di-
 stillatio: & hinc inter distillandum
 paretur extractum Theriacale.

A Q V A V I T Æ

vulgò sic dicta, vbique venalis,
 ad vsū pauperum.

℞ Ceruissæ, & fœcum vini, ana
 quantum vis, extrahatur spiri-
 tus tenuis in Alembico amplo,
 cuius rostrum per aquam frigi-
 dam transeat, in cuius spiritus
 congiis decem macera semin:
 Anisi parū contusorum li-
 bram vnam, per horas viginti
 quatuor, deinde extrahatur spi-
 ritus fortis.

A Q V A V I T Æ C O M P O -
S I T A.

Fit ex spiritibus tenuioribus vi-
 ni, in quorum congiis sex, mace-
 rentur per biduum.

Sem. Anisi semi libra,
 Fœniculi,
 Carui, ana vnciæ duæ.
 Caryophyllorum.
 Cinnamomi.
 Zingiberis ana vncia dimidia.
 Et postea extrahatur spiritus for-
 tior.

S P I R I T V S C A S T O R E I.

℞ Castorei recentis vncias qua-
 tuor.

Florum Lauendulæ recentium
 vnciam vnam.

Summitat. Saluæ & Rorisma-
 rini, ana vnciam dimidiam.

Cinnamomi drachmas sex.

Macis.

Caryophyllorum an. drachmas
 duas.

Spiritus vini rectificati libras
 sex.

Digerantur in Phiala, ad tertias
 tantum repletâ, vesicâ bubulâ &
 subere optimē clausâ per biduum
 in cineribus tepidulis vel arena,
 deinde spiritus eliciatur per B. M.
 vase diligentissimē obturato asser-
 uandus.

VSQVEBACH.

℞ Aquæ vitæ fortioris libras viginti quatuor, quibus per quatrimum

Infunde Glycyrrhizæ libram vnam.

Vvarum passarum libram dimidiam.

Caryophyllorum vnciam dimidiam.

Macis,
Zingiberis, an. drachmas duas.

seruetur colatura pro vsu.

AQVA ALVMINIS.

FALLOPII.

℞ Aquarum Plantaginis.

Rosarum rubrarum ana
libram vnam.

Aluminis Rochæ.

Argenti viui.

Sublimati ana drachmas duas.

Alumen & Sublimatum terantur, deinde ponantur cum aquis in vas vitreum, angusti oris, bulliantq; simul ad consumptionem medietatis, deinde stent per dies quinque vt desideat sublimatum & scex aluminis, postea effundatur aqua limpidissima, & seruetur in vase vitreo. *Fall. morb. Gal. c. 93.*

VINA





VINA MEDICATA.

VINVM ABSINTHITES.

℞ Absinthij sicci manipulum pro vnoquoque Congio vini, immittatur in vas benè obturatum & sic maneat in infusione.

VINVM ANTHOSATVM.


Fit eodem modo, quo vinum Absinthites: sic fit & vinum Euphrasie, vt & reliqua omnia, quando Medico videbitur.

VINVM SCILLITICVM GALENI.

℞ Scillæ albæ montanæ circiter Canis ortum collectæ in laminas concisæ, libram vnam. Per dies decem in vmbra refrigera, deinde scillæ laminas refrigeratas in vitreum vas mitte, & superinfunde vini albi veteris Gallici sextarios duodecim, & suspensum vas per dies quadraginta habeto, postea scillam exime, & abiice.

E 3

ACETA





ACETA MEDICATA.

ACETVM DISTILLATVM.

℞ Aceti optimi quantum sufficit; impleatur alembicum ad tertiam tantum partem, imponatur vas in cineres, & distilletur primò lento igne vt phlegma separetur, deinde sensim ignem augendo, tandem forti absoluetur.

ACETVM ROSACEVM.

M E S.

℞ Rosarum rubrarum mediæ maturitatis, præsectis & abiectis vnguibus, absque rore, sine pluuia collectarum, in vmbra extra solem ad triduum aut quatrimum expansarum & reficcatarum libram vnam.

Aceti sextarios octo.

Insolentur diebus quadraginta, deinde coletur acetum ac reponatur; mutari etiam folia Rosarum

possunt, & sic odore gratius fiet acetum.

ACETVM SAMBVCINVM.

M E S.

Fit ex floribus siccatis Sambuci, vt Rosaceum.

Eodem modo parari possunt

Aceta ex floribus siccatis.

Anth^s.

Calendulæ.

Saluiæ.

Tunicæ, &c.

ACETVM SCILLITICVM.

M E S.

℞ Scillæ laminæ inter corticem & cor mediæ, ex arte purgatæ, & in taleolas sectæ, Soli aut remisso calore exponantur per triginta aut quadraginta dies: dein libra vna minutim concisa (cultrò è candidiore ligno parato, aut eburneo) in lagenam demittatur, optimi acet

Ceti libris sex affusis : vasculum ritè obturatum (ne quid exhalet) exponatur æstiuo tempore radiis solaribus, triginta aut quadriginta dies : postea aperto vase totum transcoletur, & lagenis diligenter occlusis adseruetur.

ACETVM THERIACALE.
NORIMBERG.

& Radic: Chelidonij maioris vnciam vnam semis.

Angelicæ.

Ostrutij.

Gentianæ.

Bistortæ siue serpentariæ.

Phu veri, Valerianæ.

Pimpinellæ.

Dictamni albi.

Helenij,

Zedoariæ ana drachmam vnam.

Plantaginis maioris drachmam vnam semis.

Folior. Pilosellæ.

Saluiæ.

Scabiosæ.

Scordij.

Dictamni cretici.

Cardui Benedicti, ana manipul. dimidium.

Corticum &

Semin. Citri ana drachmam vnam semis.

Boli Armeni Orientalis drachmam vnam.

Croci drachmas tres.

Cornu Ceruini drachmam vnam semis.

Ex his, Crocus, Cornu Ceruinum, Dictamnus, & Bolus Armenus in linteo ligentur, ac macerentur vna cum præscriptis in libris quinque aceti acerrimi per plures dies in vase vitreo benè clauso ad temperatum calorem.

In colatura dissoluantur

Theriacæ optimæ drachmæ quinque.

Et sæpiùs conquassentur, & seruentur ad vsum.

ACETVM THERIACALE.

Optimum etiam parabitur Acetum Theriacale, si aquæ Theriacalis propriâ sectione descriptæ magmati addantur Caryophyllorum vnciæ duæ, florum Lauendulæ vnciæ vna semis, atq; affundantur aceti Rosacei & Sambucini acerrimi ana libræ quatuor, fiatque sine ebullitione digestio in fimo per octiduum, mox per manicam colatura.



DECOCTA

DECOCTVM CARMI-
NATIVVM.

℞ Semin: Anisi
 Dauci.
 Fœniculi.
 Cumini.
 Carui, ana drachmas tres.
 Florum Chamæmeli manipul.
 dimidium.
 Vuarum Passarum vñciam vnam
 semis.
 Coque in libris duabus aquæ ad
 medietatem ferè.

DECOCTVM COMMVNE
PRO CLYSTERE.

℞ Maluæ.
 Violaria.
 Parietaria.
 Beta.
 Mercurialis ana manipul. v-
num.

Semin: Fœniculi vñciam semi.
 Coquantur in s. q. aquæ ad libram
 vnam.

DECOCTVM COMMVNE
PRO MEDICINA.
GVAYNERII.

℞ Hordei mundati pugil. vnum.
 Prunorum dulcium numero
 sex.
 Vuarum Passarum.
 Tamarindorum.
 Glycyrrhizæ ana vñciam dimi-
 diam.
 Æstate adde,
 Semin. quatuor frigidorū ma-
 iorum, ana drachmas duas.
 Flor: trium cordialium, ana
 Pugil. vnum semis.
 Fiat decoctio in libris duabus a-
 quæ ad partis mediæ consump-
 tionem.

DECO.

DECOCTVM EPITHYMI,

Myrobalanorum Indarum.

Stœchados Arabicæ.

Vuarum Passarum.

Epithymi, ana vnciam vnam.

Myrobalanorum Chebularum

Fumiteriæ, ana vnciam dimi-

diam.

Folior: Senniæ, vnciam vnam.

Polypodij quercini drachmas sex.

Turpeti albi vnciam dimidiam.

Eupatorij drachmas quinque.

Seri lactis caprini, vel vaccini li-

bras tres.

Bulliant omnia simul præter Epi-

thymum ad consumptionem li-

brarum duarum, tunc adde Epi-

thymum, & semel feruefac: tolle

ab igne, & adde,

Hellebori nigri drachmam
vnam.

Agarici drachmam dimi-
diam.

Salis Indi drachmam vnam
semis.

Stent per octo horas vel decem
macerata; factâ deinde optimâ ex-
pressionem colentur.

DECOCTVM FLORVM
ET FRVCTVVM.

Caricarum numero quinque.

Prunorum Damascenorum nu-
mero quindecim.

Iuiubarum.

Sebasten, ana numero viginti.

Tamarindorum vnciam vnam

Florum Rosarum.

Violarum.

Borraginis.

Buglossi, ana drachmam

vnam.

Capillorum Veneris.

Lupulorum.

Endiuia, ana manipul. dimidium.

Glycyrrhizæ drachmas duas.

Incidantur & contundantur pro

vsu, & in libris tribus aquæ fonta-

næ decoquantur ad tertiæ partis

consumptionem.

DECOCTVM PECTO-

R A L E.

Uuarum Passarum mundata-
rum vnciam vnam.

Sebesten.

Iuiubarum, ana numero quin-
decim.

Dactylorum numero sex.

Caricarum pinguium numero
quatuor.

Hordei purgati vnciam vnam.

Glycyrrhizæ vnciam dimidiam

Capillorum Veneris.

Hyssopi.

Scabiosæ.

Tussilaginis, ana manipul. di-
midium.

Incidantur & bulliant in libris tri-
bus aquæ fontanæ, dum libra vna
absumatur.

DE.

DECOCTVM SENNÆ,
GEREONIS.

℞ Foliorum Sennæ vncias duas
semis.
Zingiberis drachmam vnam.
Florum Lorruginis.
Violarum.
Rosarum rubrarum.
Anthos, ana drachmas
duas.
Radic: Polipodij quercini vnciam
dimidiam.
Vuarum Passarum Purgatarum
vncias duas.
Sebesten,
Prunorum, ana numero
duodecim.


Aquæ fontis libras quatuor.

Fiat decoctum secundum artem ad dimidias, ita vt Senna parum ebulliat, & vas optimè obturatum per sex horas dimittatur, deinde exprimatur.

LAC VIRGINEVM.

℞ Aluminis crudi vncias quatuor.
Decoquatur ad tertias in aquæ fontanæ libris duabus, postea
℞ Lithargyri libram dimidiam.
Aceti Vini libram vnam semis.
Decoquatur ad libram vnam, colentur & commisceantur ambæ aquæ, & agitentur dum albescant.

Potio



Potio vulneraria, vulgo decoctum Sclopetarium.

℞ Cancrorum fluuiatilium calcinatorum, & in puluerem subtilissimum redactorum drachmas duas.

Radicum Aristolochiæ rotundæ, & Consolidæ maioris.

Foliorum Prunellæ.

Baccarum Lauri leuiter contusarum an. drachmam vnam.

Omnia includantur nodulo li-

neo raro, & bulliant in libris tribus Vini albi, ad tertiæ partis consumptionem, addendo circa medium decoctionis, Vincæ Peruinæ pugillum vnum. Fiat colatura ad vsum.

Istud autem decoctum paratur saltem in rem præsentem iubente Medico, vti & reliqua decocta ferè omnia.

SYR VPI.



SYRUPPI SIMPLICIORES
VNA CVM COMPOSITIS
QVI SVNT IN VSV.

SYRVPVS ACETOSVS
SIMPLEX, LONDI-
NENSIS.

℞ Sacchari albi libras quinque.
Aceti vini albi libras duas.
Liquentur in syrupum s. a.

SYRVPVS ACETOSVS
SIMPLEX, MESVÆ.

℞ Aquæ purissimæ libras qua-
tuor.
Sacchari albi libras quinque.
Coquantur despumando, clarifi-
cando ad consumptionem medie-
tatis aquæ, affunde interim,
Aceti vini albi libras duas, &
Coquantur rursus in syrupum.

SYRVPVS ACETOSVS
COMPOSITVS,
MES.

℞ Radic: Apij.
Fœniculi.
Endiuia, ana uncias tres.
Semin. Apij.
Fœniculi.
Anisi, ana unciam vnam.
Semin. Endiuia unciam dimi-
diam.
Aquæ purissimæ libras sex.
Coquatur in vase vitreato lento
igne, donec dimidium aquæ su-
perfit, tum adde percolatis
Sacchari libras tres.
Clarificentur, & adice
Aceti vini albi libram vnam
semis.
Coquantur in syrupum.

SYRV.

SYRUPVS ACETOSI-
TATIS CITRI,
M E S.

℞ Succi Citri colati sine expressi-
one, & depurati libram vnam.
Sacchari libras duas & semis.
Leuiter coquantur in syrupum.
Eadem proportione parentur
Syrupi acidi ex Agresta.
Succo Berberorum.

Ceraforum } acid.
Cydoniorum }
Granatorum.
Limonum.
Liuulæ.
Oxalidis.
Ribes.

Et ex reliquis succis, acidis, cla-
rificatis.

SYRUPVS DE BETONICA
SIMPLEX.

℞ Succi Betonice depurati libras
tres.

Sacchari clarificati libras tres.
fiat syrupus secundum artem.

Eodem modo parentur syrupi
ex succo Borraginis.

Buglossi.
Cardui Benedicti.
Chamæmeli.
Cichorij.
Endiuia.
Fragorum.
Fumaria.

Hederæ terrestris.

Hyperici.

Lupuli.

Mercurialis.

Plantaginis.

Pomorum.

Scabiosæ.

Tussilaginis.

Veronica.

Et sic ex reliquis succis non
acidis.

SYRUPVS DE BETONICA
COMPOSITVS.

℞ Betonice manip. tres.

Maioranæ manip. vnum semis

Thymi.

Rosarum, ana manip. vnum.

Stœchados.

Saluia, ana manip. dimidium.

Sem: Fœniculi.

Anisi.

Ammeos, ana vnciam di-
midiam.

Radic. Pœonia.

Polipodij.

Fœniculi, ana drachmas
quinque.

Fiat decoctio in aquæ libris sex
ad medietatis consumptionem:
colaturæ adde

Succi Betonice libras duas.

Sacchari libras tres semis.

fiat syrupus secundum artem.

F. O. M. O. L. Y. S. Y. R. V. S.

SYRVPVS BIZANTINVS
SIMPLEX.*M E S.*

℞ Succi Endiuix.

Apij, ana libras duas.

Lupulorum,

Buglossi, an. librã vnam.

Bulliant dum succi purgentur & clarescant, his deinde libris quatuor remanentibus, addantur sacchari optimi libri quatuor, lento igne percoquatur in syrupum s. a.

SYRVPVS BIZANTINVS
COMPOSITVS*M E S.*

℞ Succorum depuratorum analogicè (vt in simplici Syrupo) libras quatuor. Quibus incoque

Rosarum rubrarum vncias duas.

Glycyrrhizæ vnciam dimidiam.

Sem: Anisi,

Foeniculi,

Apij, ana drachmas tres.

Spicæ Nardi drachmas duas.

Colaturæ adde

Aceti libras duas.

Sacchari libras quatuor.

Coquantur in syrupum s. a.

SYRVPVS CYDONI-
NIORVM.*M E S.*

℞ Succi Cydoniorum defœcati libras sex.

Coque prunis lentis ad medias sensim despumando, deinde affunde,

Vini rubri adstringentis libras tres.

Sacchari albi libras quatuor.

Denuò decoquantur ad Syrupi consistentiam, qui condiatur

Cinnamomi drachmâ vnâ semis.

Caryophyllorum,

Zingiberis, ana scrupulis duobus.

SYRVPVS DE FVM A-
RIA COMPOSITVS,
FERNELII.

℞ Endiuix,

Absinthij Romani.

Lupulorum.

Cassuthæ.

Scolopendrij veri, ana manip. vnum.

Epithymi vnciam vnam semis.

Coquantur in libris quatuor aquæ ad medias, colatis adde succi fumarix expurgati libram vnam semis.

Succi vtriusque Buglossi, ana libram dimidiam.

Sacchari albi libras quatuor.

Coquantur in syrupum bonæ consistentiæ secundum artem.

SYRV.

SYRUPVS DE PORTULACA.
M E S.

℞ Semin. Portulacæ crassiusculè
tritiorium libram dimidiam.
Succi Endiuixæ cocti & depu-
rati libras duas.
Sacchari libras duas.

Aceti vncias nouem.

Macerentur semina in succo Endi-
uixæ viginti quatuor horas, postea
lento igne coquantur ad dimidias,
colatura tum demum cum sac-
charo coquatur in Syrupi consi-
stentiam, sub finem acetum affun-
dendo.

SYRUPVS DE TVSSILLA-
GINE COMPOSITVS,
RENO D. AEI.

℞ Tussilaginis recentis manipul.
sex.
Capill: Veneris ver. manipul.
duos.

Hysopii manipul. vnum.

Glycyrrhizæ rasæ vncias duas.
Coquantur in libris quatuor a-
quæ pluuiæ, vel fontis, ad quar-
tæ partis consumptionem, de-
coctio coletur, & clarificetur, cui
adde

Sacchari albissimi libras tres.

Fiat syrupus perfectè coctus.

IVLAPIVM ALEXAN-
DRINVM.

℞ Aquæ rosarum rubrarum libras
quatuor.

Sacchari albissimi libras duas.

Fiat s.a. Iulapium.

IULEPVM ROSATVM,

M E S.

℞ Aquæ Rosarum libras tres.

Sacchari clarificati libras tres.

Coque s.a. & fiat Iulepum.

IULEPVM VIOLATVM,

M E S.

Conficitur eodem modo vt Iule-
pum Rosatum.

OXYSACCHARVM
SIMPLEX.
NICOLAI.

℞ Sacchari albi libram vnam.

Succi Malorum Granatorum
vncias octo.

Aceti optimi vncias quatuor.

Coque ad ignem lentum ad Sy-
rupi consistentiam.

SYRUPVS CAPILLORVM
VENERIS,

M E S.

℞ Glycyrrhizæ vncias duas.

F 2

Capil-

Capillorū Veneris vncias quinque.

Ex infusis in aqua fontis libris quatuor, decoctis leuiter, colatis fortiter, cum

Sacchari clarificati librā vnā semis.

Fiat syrupus secundū artem.

SYRVPVS DE CINNAMOMO.

℞ Cinnamomi crasso modo contrusi vncias quatuor.

Macerentur in vini albi librā vnā, per triduum; in vase vitreo ad lentum ignis calorem, Colentur, Colaturæ adde

Sacchari albi librā vnā semis. Lentè omnia coquantur, & fiat syrupus s.a.

Eodem modo parari possunt syrupi ex semin. Anisi.

Fœniculi dulcis.

Caryophyllis.

Nucibus Moschatis.

Zingibere, &c.

SYRVPVS è CORALLIIS SIMPLEX.

℞ Corallij rubicundissimi, tenuissimè puluerisati q. v.

Dissoluatur in matraccio vitreo in B. M. in ea succi berberorum optimè depurati quantitate, vt materiam quatuor digitos supernatet; Collum Matraccij subere, vel cerā

occludatur, illicque stet per triduum. Effunde quod fuerit dissolutum, & nouum succū depuratum fœcibus affunde, & in cæteris procedatur vt prius, vsque dum Corallium fuerit dissolutum, & repetatur sæpius, dum succus acidus quid è Coralliis exuxerit. Ad librā vnā dicti succi colati, adde Sacchari albissimi librā vnā, & decoquantur ad syrupi consistentiam. In hoc autem syrupo parando cum artificio, tum dexteritate singulari opus, ne à scopo aberraret artifex.

SYRVPVS è CORALLIIS COMPOSITVS.

℞ Corall. rubicundiss. vncias sex. Reducantur in Alkool læuigando super porphyrite, cum pauca aqua Rosarum, adde

Succi depurati Limonum in B.

M. à phlegmate liberati vncias sedecim.

Succi depurati Berberis vncias octo.

Aceti vini albi acerrimi.

Succi limpidissimi Liniulæ, an. vncias sex.

Fiat digestio in Balneo, vel in fimo equino per octiduum, in phiala vitrea ampla, subere & vesicâ bubulâ optimè clausâ, vas quotidie concutiendo, mox fiat per chartam Emporeticam colatura, de qua cape librā vnā semis.

Succi

Succi purissimi Cydoniorum li-
bram dimidiã.

Sacchari Rosati vncias duode-
cim.

Misce, & lentissimo Balnei ca-
lore superfluous liquor euocetur,
donec fiat Syrupus, cui indantur
Syrupi florum Vetonice rubre
vncia sedecim & nodulis conti-
nens

Ambre grisee drachmam di-
midiam.

Moschi Orientalis grana qua-
tuor.

Seruetur ad vsum.

SYRVPVS INFVSIONIS
FLORVM CARYO-
PHYLLORVM,

Seu

VETONICÆ RVBRÆ.

℞ Florum Caryophyllorum præ-
cisissimis vnguibus libram vnam.

Infundantur ter in aquis fontis
libris tribus per noctem, postea cū
Sacchari libris duabus, coquantur
in syrupum secundum artem.

SYRVPVS DE COR-
TICIBVS CITRI,
MES.

℞ Corticum exteriorum & tenu-
issimorum Citri siccatorum
vncias quinque.

Granorum Kermes, vel succi
eorum aduecti drachmas
duas.

Aquæ fontanæ libras quatuor,
Macerentur per noctem, & co-
quantur ad medietatis consump-
tionem, colaturæ adde

Sacchari optimi libras duas se-
mis.

Fiat syrupus s. a.

Aromatizetur Moschi Orientalis
granis sex, inuolutis in Syndone
& impendentibus.

SYRVPVS FLORVM
NYMPHÆÆ SIMPLEX,
NICOLAI.

℞ Partium albissimarum florum
Nymphææ albæ libram
vnam.

Infunde in aquæ calidæ libris
tribus per horas septem, deinde
bulliant parum, colaturæ denuò
adde parem florum recentium
quantitatem, & par fiat macera-
tio & expressio; idque ter repe-
tatur; colaturæ clarificatæ adde
æquum sacchari pondus, & fiat
syrupus s. a.

SYRVPVS NYMPHÆÆ
COMPOSITVS
FERNELII.

℞ Florum Nymphææ recentium
libram mediam.

Florum Violarum vncias duas.

Foliorum Lactucæ manipul.
duos.

Sem. Lactucæ.

F 3

Portu.

Portulacæ.

Cucurbitæ, an. vnciam mediam.

Coquantur in libris quatuor aquæ, dum tres supersint: expresso adde,

Aquæ Rosarum rubrarum stillatitiæ libram mediam.

Sacchari albi libras quatuor.

Percoquantur in syrupum s. a.

SYRVPVS DE MECONIO,
M E S.

℞ Caputum Papaueris albi medicriter maturorum & recentium vncias octo.

Capitum Papaueris nigri medicriter maturorum & recentium vncias sex.

Aquæ pluvialis libras quatuor.

Coquantur ad dimidias, deinde adde colaturæ

Sacchari vncias sedecim, & percoquantur in syrupum. s. a: pro Diacodio qui potest vsurpari.

SYRVPVS è PAPAVERE
MINVS COMPOSITVS.

℞ Caputum Papaueris albi,
Nigri, recentium, an:
vncias sex.

Seminum Lactucæ.

Florum Violarum, an. vnciam vnam.

Aquæ libras octo,

Coquantur dum capita intabuerint, & colaturæ addantur Sacchari librarum quatuor: ad iustam consistentiam rursus coquantur.

SYRVPVS è PAPAVERE
MAGIS COMPOSITVS,
M E S.

℞ Caputum cum Seminibus Papaueris albi & nigri, an. drachmas quinquaginta.

Capillorum Veneris drachmas quindecim.

Glycyrrhizæ drachmas quinque.
Iuiubarum numero triginta.
Sem. Lactucæ drachmas quadraginta.

Sem. Maluæ & Cydoniorum, in linteo raro ligatorum, ana drachmam vnam & semis.

Coquantur in libris octo aquæ ultra medietatis consumptionem.

℞ Colaturæ libras tres.

Penidiorum,
Sacchari, ana libram vnam.
Fiat Syrupus.

SYRVPVS DE PAPAVERE
ERRATICO,
feu rubro.

℞ Florum recentium Papaueris rhæadis libras duas.

Infundantur in libris quatuor aquæ fontanæ per viginti quatuor horas, cum

Sacchari libris tribus.

Perco-

Percoquantur in syrupum f. a.

SYRVVS EX FLORIBVS
PERSICORVM.

℞ Florum Persicorum recentium
libram vnam.

Macerentur in libris tribus a-
quæ tepidæ, horas duodecim, de-
inde bulliant parùm & exprimantur.
Tum par florum quantitas
infundatur & exprimatur; quin-
quies iteretur, postremæ colaturæ
tribus, adde

Sacchari libras duas semis.
fiat syrupus f. a.

SYRVVS DE ROSIS
SICCIS.
M E S.

℞ Aquæ simplicis libras quatuor
in qua tepida macera horis vi-
ginti quatuor

Rosarum rubrarum arefactarum
libram vnam, in expresso solue
Sacchari albi libras duas.

Coquantur in syrupum f. a.

SYRVVS ROSACEVS
SOLVTIVVS.
M E S.

℞ Infusionis Rosarum ex Rosis
pallidis Damascenis recentibus
novies infusis (infusio fiat eâ
proportione vt pro qualibet li-
bra Rosarum sumantur aquæ
libræ quatuor, in quibus, reie-

ctis prioribus floribus, recentes
infundantur) libras sex.

Sacchari libras quatuor.

fiat decoctio f. a. in syrupum.

SYRVVS ROSACEVS
SOLVTIVVS CVM
AGARICO.

℞ Agarici electi concisi vnciam
vnam.

Zingiberis concisi drachmas
duas.

Salis gemmæ drachmam vnâ.

Polypodij crasso modo contusi
vncias duas.

Irrorentur vino albo, deinde in-
fundantur per biduum in infusio-
nis Rosarum pallidarû suprascrip-
tæ libra vna semis, in cineribus ca-
lidis, postea expressioni adde.

Sacchari libram vnam.

fiat syrupus f. a.

SYRVVS ROSACEVS
SOLVTIVVS HELLEBO-
RATVS, MONTANI.

℞ Corticum Myrobalanorû om-
nium, ana vncias quatuor.

Contundantur crassè, & deinde
infundantur in libris duodecim
infusionis rosarû suprascriptæ per
horas viginti quatuor, addendo

Foliorum Sennæ.

Epithymi.

Polypodij quercini,
ana vncias quatuor.

F 4

Caryo.

Caryophyllorum vnciam vnā.
Sem. Citri.

Glycyrrhizæ, ana vncias
quatuor.

Corticum Radicum Hellebori
nigri veri drachmas sex.

Decoquantur omnia simul lento
igne ad quartæ partis consumpti-
onem, adde postea

Sacchari clarificati libras
quinque.

Rhabarbari electi in no-
dulo lignati drachmas se-
decim.

Fiat Syrupus s. a.

SYRVPVS VIOLARVM.

℞ Florum Violarum mundatorū
libram vnā.

Aquæ fontanæ calentis libram
vnā semis, vel quantita-
tem sufficientem. r

Ponantur in vas fictile vitreatum,
quod subere optimè claudatur, &
relinquantur per horas viginti
quatuor, deindè fiat fortis ex-
pressio per prælum: expressionis
cape libram vnā.

Sacchari purissimi libras duas.

Misce, & ad leuem calorem (vt
Balnei) fiat sacchari dissolutio, &
feruetur ad vsum.

SYRVPVS È SVCCO VIOLARVM.

Paretur etiam ex succo, cum ea
quantitate succi quæ sit sufficiens

ad dissoluendum saccharum sine
coctione.

SYRVPVS COMPOSITI QVORVM SIMPLICES NON PARANTVR.

SYRVPVS DE ABSIN- THIO.

M E S.

℞ Absinthij Romani siue Pontici
libram mediam.

Rosarum rubrarū vncias duas.

Spicæ Indicæ drachmas tres.

Vini albi antiqui generosi.

Succi Cydoniorum, ana libras
duas semis.

Macerentur in vase fictili horis vi-
ginti quatuor, dein coquantur ad
consumptionem medietatis, &
colaturæ addantur

Sacchari libræ duæ.

Fiat Syrupus s. a.

SYRVPVS DE ALTHÆA. FERNELII.

℞ Radicum Althææ vncias duas.
Cicerum rubrorum vnciam vnā.

Radic. Graminis.

Asparagi.

Glycyrrhizæ mundatæ.

Vuarum Passarum enucleata-
rum, ana vnciam mediam.

Cymarum Althææ.

Maluæ.

Helxines.

Pim-

Pimpinellæ.
 Plantaginis.
 Adianthi albi & nigri, ana ma-
 nipul. vnum.
 Quatuor seminum frigidorū
 maiorum & minorum, ana
 drachmas tres.
 Coquantur ex aquæ libris sex,
 dum quatuor supersint, & cola-
 tura cum
 Sacchari albi libris quatuor,
 Fiat Syrupus.

SYRUPUS DE ARTEMISIA
 MATTHÆI DE GRADI.

℞ Artemisiæ manipul. duos.
 Pulegij.
 Calaminthæ.
 Origani.
 Melissæ.
 Persicariæ, siue Hydropiperis.
 Dictamni Cretici.
 Sabinæ.
 Sampsuchi, i. Maioranæ.
 Chamædryos.
 Perforatæ, i. Hyperici.
 Chamæpityos.
 Matricariæ cum flore.
 Centaurij minoris.
 Rutæ.
 Betonice.
 Buglossi, ana manipul. vnum.
 Radic: Fœniculi.
 Apij.
 Petroselini.
 Asparagi.
 Rusci.

Saxifragiæ.
 Enulæ.
 Cyperi.
 Rubiæ tinctorum.
 Ireos.
 Pœoniæ, ana vnciam v-
 nam.
 Baccar: Iuniperi.
 Sem: Leuistici.
 Petroselini.
 Apij.
 Anisi.
 Nigellæ.
 Carpobalsami, siue
 Cubebæ.
 Costi, seu Zedoariæ.
 Radic: Asari.
 Pyrethri.
 Casiæ lignæ.
 Cardamomi.
 Calami aromatici.
 Phur, ana vnciam dimidiam.
 Trita, quassata infundantur in
 libris duodecim aquæ per horas
 viginti quatuor, postea decoquan-
 tur ad medietatis aquæ consump-
 tionem, & tunc dimittantur ab
 igne, donec aqua tepuerit, & fri-
 cata colentur, & colaturæ addan-
 tur Mellis & Sacchari, ana libræ
 duæ, Aceti acuti vnciæ quatuor.
 Fiat syrupus, & aromatizetur cum
 Cinnamomi & Spicæ, an. drach-
 mis tribus.
 Aromata sub finem bulliant.

SYRVPVS AVGVSTANVS,

Vel

DE RHABBARO
AVGVSTANORVM.

℞ Rhabbari optimi,
Foliorum Sennæ, ana vncias
duas semis.

Florum violarū, manip. vnum.

Cinnamomi drachmam vnam
semis.

Zingiberis drachmam dimi-
diam.

Aquarum Betonicæ.

Cichorij.

Buglossi, ana libram v-
nam semis.

Infundantur per noctem: colatura
mane facta decoquantur in syru-
pum cum

Sacchari electi libris duabus,
addendo

Syrupi rosati solutiui sequentis
vncias quatuor.

SYRVPVS ROSATVS

SOLVTIVVS SINE
HELLEBORO.

℞ Myrobalanorum omnium, an.
vncias duas.

Contundantur crasso modo, fri-
centur oleo Amigdalarum dul-
cium, & infundantur in libris
quindecim infusionis rosarum,
horis viginti quatuor, cui adde

Radicum Polypodij vncias du-
as semis.

Sem. Chartami vnciã vna semis.

Sem. Anisi.

Fœniculi, ana drachmas sex.

Foliorum Sennæ vncias tres.

Epithymi vnciam vnam semis.

Corticum citri vnciam vnam.

Caryophyllorum vnciam di-
midiam.

Nucis Moschatæ drachmas tres.

Fiat rursus infusio horis viginti
quatuor, quibus elapsis, fortissima
fiat expressio, & adde ad liquoris
singulas libras duas,

Sacchari libram vnam.

Fiat syrupus. Et hic ingreditur
compositionem Syrupi de Rha-
barbaro Augustanorum.

SYRVPVS DE CICHORIO
CVM RHABBARO.

℞ Hordei integri.

Radic. Apij.

Fœniculi.

Asparagi, ana vncias
duas.

Cichorij.

Taraxaci, i. dentis leonis.

Endiuix.

Cicerbitæ seu Sonchi læuis, ana
manipul. duos.

Lactucæ domesticæ.

Lichenis, i. Hepaticæ.

Fumariæ.

Summitatum Lupuli, ana ma-
nipul. vnum.

Capillorum veneris. (rariæ.

Adianthi albi, seu Ruta M-
Ceterach, seu Aspleni.

Gly-

Glycyrrhizæ.
 Semin. Alkakengi.
 Cuscutæ, ana drachmas sex.
 Coquantur in libris duodecim
 aquæ fontanæ ad tertiæ partis
 consumptionem : in colatura dis-
 solue,
 Sacchari libras sex.
 Cui dum fit coctio, adde
 Rhabarbari vncias sex.
 Spicæ Nardi drachmas sex.
 Hæc in nodulo ex panno raro se-
 mel aut iterum bulliant, præma-
 cerata calente decocto, & sæpius
 exprimantur, & in syrupo iam per-
 fectè cocto relinquuntur.

SYRVPVS DIASEREOS
 ANDERNACI.

℞ Intybi Latifolij seu Endiuia.
 Cichorij ana manipulum.
 Adianthi albi.
 Nigri seu Capillorum Veneris.
 Ægrimoniæ.
 Scolopendrij seu Ceterach.
 Lupuli fumarizæ ana manip. se-
 mis.
 Granorum Halicacabi.
 Cuscutæ ana drach: tres.
 Radic: Apij.
 Fœniculi.
 Asparagi ana vnciam se-
 mis.
 Polypodij Quercini vnciam v-
 nam.
 Glycyrrhizæ drach. sex.
 Seminis Cnici vnciam vnam.

Sem. quatuor frigid.
 Maiorum ana drachmas duas.
 Hordei excorticati pugill. v-
 num.
 Seminum Endiuia.
 Cichorij ana drach. vnam se-
 mis.
 Vuarum Passarum vnciam v-
 nam.
 Pruna Damascena, numero vi-
 ginti.
 Florum Borriginis.
 Buglossæ.
 Violarum ana pugillum
 vnum.
 Myrobalanorum Citrinorum.
 Chebulorum ana vnciam
 semis.
 Omnia in aqua ad tertia decoquã-
 tur, & in huius decocti iure colati
 libra & semisse macerentur seor-
 sim per noctem.
 Rhabarbari electi vnciz
 duæ semis.
 Agarici Trochiscati vncia.
 Foliorum Sennæ orient. vncia
 vna semis.
 Zingiberis.
 Cinnamomi ana drachma.
 Expressis colatisque iterum adde
 Sacchari optimi libram.
 Syrupi rosati solutiui vncias
 tres.
 Mixta omnia rursus modice co-
 quantur ad iustam spissitudinem.

SYRV

SYRVPVS DE EPITHYMO

M E S.

℞ Epithymi boni drachmas viginti.

Myrobalanorum Citrinarum.

Indarum, ana
drachmas
quindecim.

Cuscutæ.

Fumiterræ, ana drachmas decem.

Thymi.

Calaminthæ.

Buglossi.

Stœchados.

Glycyrrhizæ.

Polipodij.

Agarici.

Myrobalanorum Emblicarum.

Belliricarum, ana
drachmas sex.

Rosarum rubrarum.

Semin. Fœniculi.

Anisi, ana drachmas
duas semis.

Prunorum dulcium numero
viginti.

Vuarum passarum purgatarum
vncias quatuor.

Tamarindorum, vncias duas
semis.

Post macerationem viginti quatuor horarum coquantur in aquæ libris decem ad libras sex, dein remota ab igne, exprimantur, & expressis addantur,

Sacchari clarificati libræ quinque.

Percoquantur in syrupum.

SYRVPVS DE EUPATORIO, *M E S.*

℞ Radic: Apij.

Fœniculi.

Cichorij, ana vncias
duas.

Glycyrrhizæ.

Schoenanthi.

Cuscutæ.

Absinthij.

Rosarum, ana drachmas sex.

Capillorum Veneris.

Bedeguar. } vel eius vice rad.
Card. Mariæ.

Suchahæ. } vel eius vice rad. Ca-
ryophyllatæ.

Florum aut radicum. Buglossi.

Sem: Anisi.

Fœniculi.

Eupatorij, i. Agerati, ana drachmas quinque.

Rhabarbari.

Mastiches, ana drachmas tres.

Spicæ Nardi Indicæ.

Folij, seu spicæ Romanæ, ana
drachmas duas.

Coquantur in aquæ libris octo ad tertiam partem consumptionem; Expressum cum

Sacchari albi soluti libris quatuor,

Succorum Apij clarificati, &

Endi-

Endiuix, ana libra dimidia.
Percoquantur in syrupum.

SYRVPVS è GLYCYR-
RHIZA.
M E S.

℞ Glycyrrhizæ recentis rasæ &
contusæ vncias duas.
Adianthi albi, seu Polytrichi
vnciam vnam.

Hyssopi sicci vnciã dimidiam.
Macerentur simul per horas vi-
ginti quatuor in aquæ pluuiæ fer-
uetactæ libris quatuor, dein co-
quantur ad dimidias; colatura ex-
pressa clarificetur, cum

Mellis optimi vnciis octo.
Sacchari vnciis sedecim.

Demùm coquantur in Syrupum,
additis ante perfectam illius cocti-
onem

Aquæ rosarum rubrarum stil-
latitiæ vnciis sex.

SYRVPVS DE HYSSOPO
M E S.

℞ Aquæ fontanæ libras octo.
In quibus circiter horam dimi-
diam coquatur.

Hordei mundati vncia dimi-
dia.

Dein iniiciantur

Radicum Apij.

Petroselini,

Fœniculi,

Glycyrrhizæ, incisarum,
ana drachmæ decem.

Et per quartam horæ partem elix-
entur; postea addantur

Iuiubarum,

Sebesten, ana numero
triginta.

Passularum mundatarū
vncia vna semis.

Ficum siccarum,

Dactylorum pinguium,
ana numero decem.

Mox imponantur

Semin. Maluæ.

Cydoniorum.

Tragacanthæ linteo raro
inclusorū, ana drach-
mæ tres.

Postremò indantur,

Hyssopi mediocriter sic-
ci drachmæ decem.

Capillorum Veneris
drachmæ sex.

Coquantur ad libras tres, expres-
sione clarificatæ adde,

Sacchari libras duas semis.

fiat syrupus.

SYRVPVS IUIVBINVS.

M E S.

℞ Iuiubarum numero sexaginta.
Violarum.

Semin: Maluæ, ana drachmas
quinque.

Capillorum Veneris.

Glycyrrhizæ rasæ & tusæ.

Hordei mundati excorticati, an.
vnciam vnam.

semin: Papaueris albi.

G

Melo-

Melonum.

Lactuæ.

Cydoniorum.

Gummi Tragacanthæ, in no-
ana drachmas tres. } dulo.

Coquantur in libris sex aquæ plu-
uialis vel fontanæ ad dimidias, ad-
de colatis

Sacchari libras duas.

Fiat syrupus.

SYRVPVS EX IVA

ARTHRITICA,

Seu

DE CHAMÆPYTY.

℞ Chamæpityos manipul. duos.

Saluiæ.

Rorismarini.

Lolij.

Origani.

Calaminthæ.

Mentastri.

Pulegij.

Hyslopi.

Thymi.

Rutæ satiuæ & syluestris.

Betonicæ.

Serpylli, an. manipul. vnum.

Radic: Acori.

Aristolochiæ } longæ.
 } rotundæ.

Bryoniæ.

Dictamni.

Gentianæ.

Peucedani.

Phu, ana vnciam vnam
semis.

Radic: Apij.

Asparagi.

Fœniculi.

Petroselini.

Rusci, an. vnciam vnam.

Stœchados.

Semin. Anisi.

Ammeos.

Carui.

Fœniculi.

Ligustici.

Seseleos, ana drachmas
tres.

℞ Radic. Pyrethri vnciam semis.

Passularum vncias duas.

Coquantur ex aquæ q. s. postea
cum

Mellis, &

Sacchari, ana libris duabus

Para, & aromatiza.

Cinnamomo.

Nuce Moschatâ, &

Cubebis, s. a.

SYRVPVS MAGISTRALIS

AD MELANCHO-

LIAM.

℞ Succipomorum odoriferorum.

(vulgò Bearemaynes)
sesquilibram.

Borraginis.

Buglossi, ana vncias no-
uem.

Fol. Sennæ orientalis mundatæ
semijbram.

Semin. Anisi.

Fœniculi dulcis, ana drach-
mas

mas tres.

Epithymi Cretenfis vncias
duas.

Agarici albiffimi.

Rhabarbari optimi, ana femun-
ciam.

Zingiberis.

Macis, ana scrupulos quatuor.

Cinnamomi scrupulos duos.

Croci semidrachmam.

Agaricus & Senna concifa cum fe-
minibus, Zingibere, atque Mace
crassiusculè contufis, macerentur
cum Epithymo in succis præscrip-
tis, horas viginti quatuor. Bul-
liant deinde lento igne, vsque ad
despumationem, & per manicam
Hippoc. colentur. Colaturæ iam
factæ adiiciatur Sacchari albiffimi
sesquilibra, & coquantur f.a. nec
sine despumatione, ad consisten-
tiam Syrupi, modò inter coquen-
dum, Crocus panno lineo ligatus
infricetur. Tum demùm admisce-
atur Infusio Rhabarbari concifi,
cũ Cinnamomo crassiusculè con-
tuso, in Vini albi, & succi Pomo-
rum, ana vnciis duabus, interim
facta, & fortiter expressa. Denuò
ferueant parùm commista ad
ignem pro syrupo.

SYRVPVS MELISSO-
PHYLLI.
FERNELII.

& Radic: Dictamni.
Pentaphylli.
Vetonicæ.

Doronici Romani, ana
vnciam dimidiam.

Folior: Meliffophylli.

Stœbes, vel Scabiosæ.

Succisæ, i. Morsus Dia-
boli.

Florum Buglossi vtrius-
que, &

Rorismarini, an. mani-
pul. vnum.

semin: Oxalidis.

Citrij mali.

Fœniculi.

Cardui benedicti.

Ocimi, ana drachmas
tres.

Coquantur in aquæ libris qua-
tuor ad dimidias: expresso adde,
Sacchari albi libras tres.

Succi Melissæ.

Aquæ Rosarum, an. libram
dimidiam.

Percoquantur in Syrupum con-
diendum, cum

Cinnamomi &

Santali Citrini, ana vncia
dimidia.

SYRVPVS DE MENTHA
MAIOR.
MES.

& Succi Cydoniorum dulcium &
muzorum, i. acidodulcium,
Succi Granatorum acidodulci-
um, dulcium, acidorū, ana
libram vnã semis.

In succis mistis macera per ho-
ras viginti quatuor.

G 2

Menthæ

Menthæ ficcæ libram vnâ
semis,

Rosarum rubrarum vncias
duas.

Coquantur ad dimidias, colentur,
& addendo

Sacchari libras quatuor,

Coquantur ad Syrupum : cùm re-
ponitur, aromatizetur cum

Galliæ Moschataë tritæ & in
syndone ligatæ, & ex orifi-
cio vasis suspensæ drachma
vna.

**SYRVPVS MYRTINVS
NICOLAI.**

℞ Baccharum Myrti vncias duas
semis.

Santali albi & rubri.

Sumach seu Rhôis Culinariæ.

Balauftiorum.

Berberorum.

Rosarum rubrarum, an. vnciam
vnâ semis.

Mespilorum libram dimidiam.

Contusa omnia coquantur in li-
bris octo aquæ fontis ad medias,
expresso adde,

Succi Cydoniorum.

Granatorum acidorum,
an. vncias sex.

Sacchari libras tres.

Coque in syrupum s. a.

**SYRVPVS DE POMIS,
FERNELII.**

℞ Succi Malorum nostratium vo-
catorum.

Dearemaynes vel Dippins libras
quatuor.

Succorum Buglossi domestici,
syluestris.

Aquæ Rosarum stillatitiæ.

Succi Violarum è foliis, an. li-
bram vnâ.

Coque simul & depurentur, dein-
de adde

Sacchari libras sex.

Percoquantur in syrupum.

**SYRVPVS DE POMIS,
REGIS SAVORIS,
MES.**

℞ Succi Pomorum dulcium libras
duas.

Succi Borruginis.

Buglossi, an. libram vnâ
semis.

Foliorum Sennæ vncias duas.

Sem. Anisi vnciam semis.

Croci drachmam vnâ.

Senna maceretur viginti qua-
tuor horis in succis, semel aut bis
feruefiat, coletur, & cum

Sacchari libris duabus

Percoquatur in syrupum s. a. Cro-
cus in petia ligatus inter coquen-
dum confricetur.

SYRV.

SYRVPVS DE PRASIO.

F E R.

℞ Prasij albi recentis vncias duas.

Glycyrrhizæ.

Polypodij quercini.

Radic: Apij.

Fœniculi, ana vnciam
dimidiam.

Adianthi albi.

Origani.

Hyssopi.

Calaminthæ.

Thymi.

Stœbes, vel Scabiosæ.

Satureiæ.

Tussilaginis, ana drachmas sex.

Semin: Anisi.

Bombacis, an. drachmas
tres.Vuarum passarum expurgata-
rum, vncias duas.Caricarum pinguium, numero
decem.Coquantur in libris octo hydro-
melitis diluti ad dimidias; expres-
sum coquatur in syrupum, cum
Mellis & Sacchari albi, ana li-
bris duabus.

Condiatur,

Radic. Iridis Florentinæ vnciâ vnâ.

SYRVPVS RAPHANI.

F E R N E L I I.

℞ Radicum Raphani domestici.

Syluestris, seu Rusticani,

an. vnciam vnam.

Radic: Saxifragæ albæ.

Rusci.

Leuistici.

Eryngij.

Ononidis.

Petroselini.

Fœniculi, ana vnciam
dimidiam.

Folior: Betonice.

Pimpinellæ.

Pulegij.

Cymarum vrticæ.

Nasturtij aquatici.

Crithmi.

Callitrichi, seu Capil-
lorum Veneris, ana
manipul. vnum.

Fructuum Halicacabi,

Zizyphorum, ana nu-
mero viginti.

Semin. Ocimi.

Bardanæ.

Petroselini Macedoni-
Seseleos. (ci.

Carui.

Dauci.

Lithospermi.

Cortic: Radic: Lauri, an. drach-
mas duas.

Vuarum passarû expurgatarum.

Glycyrrhizæ, ana drachmas sex.

Coquantur secundum artem in li-
bris duodecim aquæ dum octo
superfint, è quibus colatis, cum

Sacchari libris quatuor, &

Mellis expumati libris duabus,

fiat syrupus clarus & conditus

Cinnamomi vnciâ vnâ,
Nucis Moschatae vnciâ dimidiâ.

SYRVPVS DE QVINQVE
RADICIBVS,
M E S.

℞ Radic: Apij.
Fœniculi.
Petroselini.
Rufci.
Asparagi, ana vncias
duas.

Aquæ fontis libras sex.

Coquantur ad tertiæ partis con-
sumptionem, expressum coquatur
denuò cum

Sacchari libris tribus,
Addendo in fine
Aceti vini albi vncias octo.

SYRVPVS SCABIOSÆ
COMPOSITVS MA-
GISTRALIS.

℞ Radic: Enulæ Campanæ.
Polypodij quercini, ana
vncias duas.

Macerentur in vino albo horas 24.
Passularum maiorum enuclea-
tarum vnciam vnâ.

Sebesten numero viginti.

Farfaræ.

Pulmonariæ.

Satureiæ.

Calaminthæ, ana sesquimani-
pulum:

Glycyrrhizæ rasæ semunciam.

Tabaci optimi folium vnum
integrum.

Sem. Vrticæ,
Bombacis, ana drachmas
tres.

Coquantur in s. q. aquæ mulsæ di-
lutæ, ad vncias octo. Quibus ad-
de percolatis

succi Scabiosæ depurati vncias
quatuor.

Sacchari albissimi vncias decem.
Fiat syrupus s. a. clarificatus, super-
addendo deinde,

Olei Sulphuris guttas viginti.

SYRVPVS DE SCOLO-
PENDRIO,
FERNELII.

℞ Polypodij è quercu.

Radic: vtriusque Buglossi.

Cortic: Radic: Capparis.

Cortic: Tamarisci, ana vncias
duas.

Scolopendrij veri manip. tres.

Lupi salictarij.

Cassuthæ.

Capillorum Veneris.

Melissophyli, ana manip. duos.

Coquantur in aquæ libris nouem,
dum ad quinque redeant, Colato
adde

Sacchari albi libras quatuor.

Percoquantur in syrupum expur-
gatum & clarum.

SYRV.

SYRUPVS DE STOE-
CHADE.

M E S.

℞ Florum Stœchados vncias qua-
tuor.

Thymi,

Calaminthæ,

Origani, an. vnciam vnâ semis:

Saluiæ.

Betonicæ.

Florum Rorismarini, ana vnci-
am dimidiam.

Semin. Rutæ.

Pœoniæ,

Fœniculi, ana drachmas
tres.Coquantur ex aquæ libris decem
ad dimidias: expressum cum

Sacchari, &

Mellis, ana libris duabus,

denuò coquatur in syrupum.

Condiatur cum

Cinnamomi,

Zingiberis,

Calami odorati, ana drachmis
duabus.Quæ raro linteo illigata in sy-
rupum sint appensa.SYRUPVS DE SYMPHYTO
FERNELII.℞ Radic: & Cymarum Symphyti
maioris, minoris, ana

manip. tres.

Rosarum rubrarum,

Betonicæ,

Plantaginis,

Pimpinellæ.

Polygoni,

Scabiosæ,

Tussilaginis, ana manipulos
duos.E tuis omnibus recentibus ex-
primatur succus; coquatur, ad li-
bras tres, & expumetur, addendo
Sacchari albi libras duas semis.
fiat syrupus.

SYRUPVS CARDIACVS,

Vel

IVLEPVM CARDIACVM;

NON.

℞ Vini generosi Rhenensis libras
duas.Aquæ Rosacæ vncias duas se-
mis.Caryophyllorum scrupulos
duos.Cinnamomi drachmam me-
diam.

Zingiberis scrupulos duos.

Sacchari optimi vncias tres cum
dimidiâ.Decoquantur ad consistentiam
Iulepi, postea addantur,

Ambra grana tria,

Moschi granum vnum.

G 4

ME

MELITA & OXYMELITA.

DIACARYON SEV
DIANVCVM.
GALENI.

℞ Succi nucum Iuglandium viri-
dum ab externo cortice expres-
si libras duas.

Coquendo inspissetur, & additâ
Mellis librâ vnâ

Rursus percoquantur ad mellis
consistentiam.

DACODIVM,
GALENI.

℞ Capita Papaueris albi, nec ni-
miùm viridia, nec niimiùm ma-
tura numero viginti.

Aquæ pluuiæ aut fontanæ libras
tres.

Macera horis viginti quatuor,
post coque, donec capitâ conta-
buerint, dein cola, & colaturæ
adde

Mellis libras duas.

Coque ad iustam consistentiam.

Fit & cum

Sapæ Vini dulcis libris duabus,
Succi Glycyrrhizæ vnciis dua-
bus.

DIAMORON.
NICOLAI.

℞ Succi Mororum, Celsi & Rubi

immaturorum, an. libram v-
nam semis.

Mellis libras duas.

Coquantur lento igne s. a. ad mel-
lis consistentiam.

MELANTHOSATVM
MES.

℞ Florum Rorismarini libram v-
nam.

Mellis boni benè despumati li-
bras tres.

Misce in Olla vitrea, vel vitreata,
oris non valdè patuli; insola &
serua ad vsus.

MEL è MERCVRIALI

℞ Succi Mercurialis libras tres.

Mellis libras duas.

Coque ad mellis consistentiam.

MELPASSVLARVM,
NICOLAI.

℞ Vuarum passarum ab acinis
purgatarum, libras duas.

Infunde viginti quatuor horas in
libris sex aquæ calentis, deinde co-
que ad medietatem, colaturâ for-
titer expressâ, denuò coquantur ad
consistentiam mellis, cum libris
duabus mellis despumati.

MEL

MEL ROSARVM
COMMUNE,
MES.

℞ Rosarum rubrarum nondum
penitus apertarum libras
duas.

Mellis optimi libras sex.
Insolentur secundum artem.

MEL ROSARVM,
NICOLAI.

℞ Mellis albissimi optimi despu-
mati libras decem.

Succi recentium Rosarum ru-
brarum libram vnam.

Ponantur in Cacabo ad ignem, &
cum bullire inceperint, adde

Rosarum rubrarum recentium
cum forcipibus vel cultello in-
cisarum ab vnguibus libras
quatuor.

Bulliantque ad consumptionem
succis, continuè agitando. Colatura
ponatur in vase fictili & seruetur
ad vsum.

MEL ROSARVM
SOLVTIVVM.

℞ Infusionis Rosarum pallidarum
multiplicis libras quinque.

Mellis despumati libras qua-
tuor,

Coquantur in syrapi consisten-
tiam.

Simili modo paretur Mel Rosa-

rum ex infusionibus Rosarum ru-
brarum.

MEL VIOLARVM.

Mel Violarum eodem modo pa-
ratur, quo Mel Rosarum.

OXYMEL SIMPLEX.

MES.

℞ Mellis optimi, aromatici, & de-
spumati, libras quatuor.

Aquæ purissimæ,

Aceti optimi, ana libras duas.

Coquantur secundum artem, do-
nec Syrapi liquidioris consisten-
tiam acquirant; cauendum ne ni-
miâ coctione fiat ingratum.

OXYMEL COMPOSITVM.

MES.

℞ Cortic. Radic. mundat. inci-
sar.

Fœniculi,

Apij,

Petroselini,

Rusci,

Asparagi, ana vncias
duas.

Semin. Apij,

Petroselini,

Fœniculi,

Anisi, ana vnciam vnâ.

Aquæ libras sex.

Aceti optimi libram vnam se-
mis.

Mellis despumati libras tres.

Coquan-

Coquantur secundum artem, ad
Syrupi liquidioris consistentiam.

OXYMEL ELLEBORATVM
GESNERI MAIVS.

℞ Rutæ,
Thymi capitati,
Dictamni Cretici,
Comæ Hyssopi,
Pulegij,
Marrhubij,
Cardui Benedicti,
Radicularum Nardi Celticæ si-
ne foliis.

Cortic. Sambuci interiorum, ana
manipul. vnum.

Calaminthæ Cattariæ montanæ
pugil. duas.

Semin. Anisi.

Foeniculi,
Ocimi,
Vrticæ Romanæ,
Anethi, ana drachmas
duas.

Radic. Angelicæ,
Althææ.

Ari,
Scillæ præparatæ.
Aristolo- } rotundæ,
chia, } longæ,
 } clematitidis.

Turpeti,
Iridis nostræ,
Costi, qui violas olet,
aut Zedoariæ,
Polypodij,

Cortic. Limonum, ana vnciam

vnam.

Ellebori nigri fibrarum inte-
grarum,

Esulæ, ana drachmas duas.

Cortic. Radic: Ellebori albi vn-
ciam dimidiam.

Agarici drachmas duas,
quas sub finem deco-
ctionis iniicies.

Omnia sicca, trita, infundantur in

* Poscæ (factæ ex æquis partibus
aquæ & aceti) libris octo.

Sapæ vnciis duabus, triduo
in Sole, vel ad fornacem, in vitreo,
aut figulino vase obturato: Tum
decoquantur in terreo aut lapideo
tornato vase ad dimidium ferè:
cocta colabis modicè exprimen-
do, addeſque,

Mellis Rosacei, in quo vnciæ
duæ corticis Citri fuerint infu-
sæ libram vnam semis, & ad
consumptionem poscæ deco-
ques, vt fiat Syrupus, qui sub
finem aromatizetur, cum

Caryophyllorum,

Croci,

Zingiberis,

Galangæ,

Macis, in sacculo suspensorum,
ana drachmâ vnâ.

Seruetur in vase vitreo, aut fictili
vitreato.

OXYMEL IULIANIZANS.

℞ Corticum radicum Capparum,
Radic. Ireos,

Foeniculi,

Fœniculi,
Petroselini,
Rufci,
Cichorij,
Asparagi,
Cyperj, ana vnciam dimi-
diam.

Herb. scolopendriæ.

Scœnanthûs,

Tamaricis, ana manipul.
medium.

Semin. Fœniculi dulcis vnciam
dimidiam.

Coquantur post debitam infusio-
nem in * Pesca acidioris libris tri-
bus ad libram vnam semis: ex co-
latura cum

Mellis optimi, &

Sacchari despumatorum, ana
libra dimidia.

Fiat decoctio ad Syrupi confi-
stentiam.

* Pesca fit ex Aqua & Aceto, idq;
ex re præsentî, vel acidior, vel dilu-
tior, pro intentione Medici.

OXYMEL SCILLITICVM
SIMPLEX.
NICOLAI.

R̄ Mellis despumati libras tres.

Aceti Scillitici libras duas.

Coquantur secundum artem.

OXYMEL SCILLITICVM
DEMOCRITI,
M E S.

R̄ Origani,

Hyssopi ficci,

Thymi,

Ligustici,

Cardamomi,

Stœchados, an. drachmas quin-
que.

Coque in libris tribus aquæ ad li-
brarum duarum consumptionem
colaturam percoque cum

Mellis libris duabus.

Mellis Passulati libra dimidia.

Succi Bryoniæ vnciis quinque.

Aceti Scillitici libra vna semis.

Semper despumando in syrupum.

MEL ANACARDINVM.

AZARAVII.

R̄ Anacardios recentes, tere, & in
aqua decoque, donec mellagi-
nem quandam in rubeo colore
fuscâ remittant, eam aquæ in-
natantem auferto, ac reponito.

MEL EMBLICARVM,

A V G.

R̄ Myrobalanorum Emblicarum
numero quinquaginta.

Contundantur mediocriter, & de-
coquantur in libris tribus Aquæ
ad consumptionem librarum dua-
rum: residuo colato adde Mellis
tantundem, & ad iustam confi-
stentiam mellis percoque.

ROB



ROB SIVE SAPÆ ET SVCCI.

ROB SIVE SAPA SIMPLICITER.

℞ Vini recenter, ex vuis albis, generosis & maturis expressi, libras duodecim.

Coque igne lento, donec libræ tantùm quatuor supersint, vel vt consistentiam mellis acquirant. Repone in vase vitreo, vel fictili vitreato.

ROB DE BERBERIS.

℞ Succi Berberorum optimè colati libras octo.

Coque igne lento ad consistentiam mellis, repone in vase vitreo aut fictili. Paratur etiam cum saccharo, addendo pro singulis libris succi, sacchari libram vnam, & coquendo ad mellis spissitudinem.

ROB DE CORNIS.

℞ Succi pulpæ Cornorum libras duas.

Sacchari libram vnam semis. Coquantur secundùm artem, ad mellis consistentiam.

ROB CYDONIORVM.

℞ Succi Cydoniorum depurati libras sex.

Coque ad duarum partium consumptionem, addendo sacchari libras duas, denuò bulliant ad mellis spissitudinem: & potest parari sine saccharo.

ROB PRVNORVM. ACIDORVM.

Fiat ex succo Prunorum acidorum, vt Cydoniorum.

ROB

ROB DE RIBES.

Paratur vt Rob de Berberis.

Vt autem probè succus depuretur, debet prius calefieri, dein resideat, vt clarescat, tum lento igne coquatur. Sic enim spissitudinem idoneam acquirat.

SVCCVS PRVNELLORVM
PRO ACACIASV-
STITVTVS.

℞ Succi Prunellorum syluestrium s.a. depurati q. v. inspissetur lento Balnei calore ad iustam consistentiam.

Succi inspissati ex Absinthio,
Eupatorio,
Fumaria,
& reliquis quibusuis,
fiunt ex herbis ipsis tenellis,
non adultis, contusis, expressis,
& ad ignem feruefactis, donec
bullire incipiunt, denuoque co-
latis, & ad iustam spissitudinem
lento igne euaporatis.

SVCCVS GLYCYRRHIZÆ.

℞ Radicum Glycyrrhizæ boni sa-
poris probè mundatarum &
parum contusarum q. v. mace-
rentur per triduum in aquæ fon-
tanæ eâ quantitate, vt duobus
vel tribus aqua superemineat
digitis: dein parum feruefiant
& colentur: expressus denuò
liquor leuiter coquatur ad iu-
stam spissitudinem, & in placen-
tulas, Trochiscos, aliasue ad pla-
citurum formas effingatur.

MIVA CYDONIORVM.

M E S.

℞ Succi Cydoniorum depurati li-
bras duodecim.

Coquantur ad medietatis con-
sumptionem; tum adde vini albi
veteris libras quinque.

Coquatur lento igne, sæpius desu-
pmentur ad tertiæ partis absum-
ptionem. Postquâ resederint, cola,
& adde sacchari sat puri libras tres.
Coquantur ad iustam Miuæ con-
sistentiam.

H

LOHOCH,



LOHOCH,

S I V E

ECLEGMATA.

LOHOCH è CAULIBVS. GORDONII.

℞ Succi Caulium rubearum de-
purati & clarificati libram v-
nam.

Croci drachmas tres.

Mellis despumati,

Sacchari, an. libram dimidiam.

Fiat Lohoch s. a.

LOHOCH DE PAPAVERE. M E S.

℞ Papaveris albi drachmas viginti
quinque.

Amygdalarum dulcium,

Nucleorum Pineorum,

Gum: Arabici,

Tragacanthi,

Succi Glycyrrhizæ, ana drach-

mas decem.

Amyli drachmas tres.

Semin. Portulacæ,

Lactucæ,

Cydoniorum, ana vnciam
dimidiam.

Croci drachmam vnam.

Penidiorum, alborum vncias
quatuor.

Syrupi de Papauere minus com-
positi (quem vide pag. 28.) libras
tres. Omnia contundantur & inci-
dantur & cum syrupo excipiantur
secundum artem.

LOHOCH è PASSVLIS. A V G.

℞ Radic: Pœoniæ maris vnciam
dimidiam.

Hyssopi.

Melissæ.

Scolo-

Scolopendrij, siue Ceterach,
ana manipul. dimidium.

Glycyrrhizæ vnciam dimi-
diam.

Decoquantur in sufficienti quan-
titate aquæ pluiiæ, Colaturæ
cum expressione valida factæ, ad-
datur Passularum exacinarum
in mortario benè contusarum li-
bra vna:

Rursum fiat decoctio, & per pan-
num lineum validè exprimatur,
expressioni adde

Sacchari libram vnam.

Fiat Lohoch.

L O H O C H è P I N O.

M E S.

℞ Nucleorum Pineorum drach-
mas triginta.

Amygdalarum dulcium,

Auellanarum assatarum,

Gum. Tragacanthi,

Arabici,

Puluer. Glycyrrhizæ, & succi
eiusdem,

Amyli,

Capillorum Veneris,

Radic. Ireos, ana vnciam dimi-
diam.

Carnis Daetylorum fuluorum
drachmas triginta quinque.

Amygdalarum amararū drach-
mas tres.

Mellis Passulati,

Sacchari albi tabarzet,

Bûtyri recentis, ana vncias qua-
tuor.

Mellis optimi q. s. aut libras
tres.

Dissoluatur quæ dissoluenda sunt,
in sufficienti quantitate decocti
Capillorum Veneris, & reliqua
addantur secundum artem, vt fiat
Lohoch.

L O H O C H è P V L M O N E

V V L P I S.

M E S.

℞ Pulmonis vulpis præparati,

Succi Glycyrrhizæ,

Capillorum Veneris,

Semin. Anisi,

Fœniculi, ana vnciam
vnam.

Sacchari aqua Tussilaginis cla-
rificati vncias quindecim.

Tritis terendis tenuissime Saccha-
ro excipiantur omnia & ad debi-
tam formam redigantur.

L O H O C H S A N V M E T E X-

P E R T V M.

M E S.

℞ Cinnamomi,

Hyssopi siccæ,

Glycyrrhizæ, ana vnciam dimi-
diam.

Iuiubarum,

Sebesten, an. numero triginta.

Vuarum passarū enucleatarum,

Ficum siccarum,

Daetylorum pinguium, an. vn-
cias duas.

Semin. Lini,

Fœnuigræci, an. drach-
mas quinque.

H 2

Capil-

Capillorum Veneris manipul.
vnum.

Semin. Anisi,
Fœniculi,

Radic. Iridis,

Calaminthæ, ana vnciam
dimidiam.

Coquantur s. a. in aquæ clarissi-
mæ libris quatuor ad consumpti-
onem medietatis: colaturæ expres-
sæ adde

Sacchari albissimi libras duas.

Coquantur rursus ad consisten-

tiam syrupi, postea insperge se-
quentia minutissimè incisâ & con-
tusa,

Nucleorum Pineorum munda-
torum drachmas quinque.

Amygdalarum dulcium,

Glycyrrhizæ,

Gum. Tragacanthi,

Arabici,

Amyli, ana drachmas tres

Radic. Ireos drachmas duas.

Agitentur omnia simul diligen-
ter & celeriter, donec albescant.

ECLEGMA SCILLITICVM.

M E S.

℞ Succi Scillæ depurati.

Mellis despumati ana libras
duas.

Coquantur simul s. artem ad
consistentiam mellis.

CON-



CONDITA.

Condiuntur Saccharo diligenter clarificato
secundum artem.

Caules { Angelicæ.
Cynaræ.
Lactucæ.

Cortices { Aurantiorum.
Cinnamomi.
Citrorum.
Ligni Guaiaci.
Limonum.

Flores { Aurantiorum.
Borraginis.
Citri.
Genistæ nondum aperti.
Primulæ veris.
Rorismarini.
Rosarum.

Fructus
vt sunt { Amygdalæ.
Berberes.
Cappares.
Caryophylli.
Cerasa.
Corna.
Citria.
Cydonia.
Mala { Armeniaca.
Persica.
Vulgaria.
Mespila.
Myrobalanorum quin-
que genera.
Nuces { Auellana.
Iuglandes.
Moschata.
Passulæ.
Pineæ.
Pistacia.
Oliuæ.
Piper in racemis ex In-
Poma. (dia.
Pruna { Hortensia.
Syluestria.
Pyræ.
Vuæ.
H 3 Pulpæ

Pulpæ	}	Cassia.
		Citri.
		Cucurbitæ.
		Cydoniorum.
Radices	}	Acori vulgaris, Calami Aromatici, Galagæ.
		Angelicæ.
		Borraginis.
		Buglossi.
		Cichorii.
		Crethami agrestis.
		Enulæ Campanæ.
		Eryngij.
		Pimpinellæ
		Satyrij.
		Scolymi.
		Sisari, Siferis, Secacul.
		Symphyti maioris.
		Zingiberis.
		Zedoariæ.

*Et surculi, & semina præter hæc
condiuntur.*

Modus condiendi sit, ut quæ
magis amara, aut substantiâ duri-
ora fuerint, aliquandiù maceren-
tur, primùm in lixiuio claro factò
ex cineribus lignorum, deinde in
aqua fontanâ calida, donec ama-
ritudinem deposuerint, aut hume-
ctata tenerescant; post aquâ leui-
ter expressâ, coquantur in Iulepo
lento igne, deinde recondantur in
vase vitreo, aut fictili vitreato, af-
fundendo Iulepum cui incocta
fuerunt; poteruntque condiri aro-
matibus, ut & moscho, & ambrâ,
pro libitû.

*Quæ minus amara, molliora, non
opus lixiuio ut macerentur, sed leuiori
ebullitione, Saccharum ut imbibant,
& condiantur itidem.*

CON-

CONSERVÆ & SACCHARA,
HERBARVM, FOLIORVM, FLORVM
ET FRVCTVVM.

CONSERVÆ.

Absinthij.

Acetosæ.

Acetosellæ siue Liniulæ.

Adianthi.

Auranciorum.

Betonicæ.

Borraginis.

Buglossi.

Cardui benedicti.

Centaurei.

Ceterach, Aspleni.

Chamædryos.

Caryophyllorum, seu Tu-

Cichorij. (nicæ)

Cochleariæ.

Consolidæ maioris.

Citrariæ.

Cynosbati.

Enulæ.

Euphragiæ.

Fumiterræ.

Genistæ non plane matu-

Granatorum. (rorum.)

Lauendulæ.

Liliorum alborum.

Lilij conuallium.

Maluæ.

Nymphææ, Nenupharis.

Pœoniæ.

Persicæ.

Primulæ veris.

Prunellæ.

Rosarum } Damascenarū.
Rubrarum.

Rorismarini siue Anthûs.

Saluiæ.

Sambuci.

Scabiosæ.

Stœchados.

Tiliæ.

Tussilaginis.

Violarum.

Galegæ siue Rutæ capra-

Gratiolæ. (riæ)

Hyssopi.

Maioranæ.

Melissæ.

Menthæ.

Rutæ.

Satureiæ.

Scordij.

Symphyti.

Folia & Flores minutissime in-
cidantur, & singulis libris florum
aut foliorum addantur

Sacchari albissimi libræ tres.

Sed vt flores & herbæ, non iti-
dem parantur Berberes, Prunella,
Fructus acidi: in istis, exempli gra-
tiâ.

℞ Fruct. Oxyacanthæ siue Berbe-
rorum q.v. in aquæ fontanæ q.
super prunas viuaces bulliant,
dum pulpa ab arillis per rarum
setaceum conuenienter deco-
letur, deprimendo: dein

℞ Pulpæ præcolatæ libras sex.

H 4

quas

Pone in vitreato vase terreo (quod acida ab æreo ingratum sapiant) & ad ignem lentum aquosam humiditatem euapora: vacillo ligneo subinde agitando, ne succus aduratur: demùm admisce

Sacchari albi clari (vt est artis) libras decem,
ad consistentiam coquendo debitam.

DIACODIVM SOLIDVM
SIVE TABVLATVM.

℞ Caputum Papaueris albi mediocri magnitudine, nec nimis viridium, neque supra modum maturorum numero viginti.

Aquæ pluuiæ aut fontanæ libras tres.

Macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur donec contabuerint capita & colentur, ad extremum adde Sacchari quantitatem sufficientem, & coquatur vt artis est, vt exindè fiant tabulæ.

MANVS CHRISTI SIM-
PLEX ET PER-
LATA.

℞ Sacchari optimi libram vnam.
Aquæ Rosarum pallidarum semilibram.

Coquantur secundùm artem, & projiciendo super marmor, fiat

Manus Christi: Si sub finem coctionis addatur Margaritarum præparatarum & tritarum vncia dimidia, cum foliis auri octo vel decem, fit Manus Christi perlata.

MANVS CHRISTI AD
LUMBRICOS.

℞ Rhabarbari electi scrupulos quatuor.

Agarici trochiscati,
Corallinæ,

Cornu Cerui vsti,
Dictamni Cretici,

Sem. Santonici,

Acetosæ, ana scrupulum.

Cinnamomi,

Zedoariæ,

Caryophyllorum,

Croci, ana semisrupulum.

Sacchari albißimi tenuiter triti libram vnam.

Dissoluatur Saccharum in aquæ Absinthij vnciiis quatuor cum Vini Absinthites vncia, & aquæ Cinnamomi Cochleari vno, vt cum speciebus præscriptis fiant secundùm artem Manus Christi.

PENIDIA.

Constant, ex Saccharo, & aqua Hordei, eâ proportione & arte coctis, vt massa quædam exurgat admodùm solida, & ita tractabilis, vt digitis non adhæreat, & facile
in

in fila ducatur tenuiora, crassiora, breuiora aut longiora, contorta pro libitu; Plures addunt nonnihil Amyli.

CONFECTIO DE THVRE,
N O R.

℞ Sem. Coriandri præparati vnciam semis.
Nucis Moschatæ.
Thuris albiss. ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ.
Mastichis ana drachmas duas.
Cubebæ.
Cornu Cerui præparati ana drachmam vnam.
Conser. rosarum rubrarum vnciam vnam.

Cum sufficienti quantitate Sacchari albiss. fiat confectio in mortello pondere drachmarum duarum.

SACCHARVM ROSATVM.

℞ Florum Rosarum rubrarum

nondum plene maturarum vnciam vnam.

Forcipibus omnis albedo amputetur, deinde in vmbra siccetur, & terantur postea optimè in mortario lapideo, tum cum vncijs duodecim Sacchari optimi soluti in aqua Rosarum rubrarum; coquantur secundum artem, dum aqua fuerit absorpti: deinde proiciatur sensim massa super marmore, & fiant vel Manus Christi, vel placentulæ pro libitu. Sunt qui inter coquendum addunt Conseruæ Rosarum rubrarum vncias quatuor optimè immiscendo, vnde Saccharum, & magis coloratum, & gustui gratius redditur.

Eodem modo Saccharum confatur Violatum, tabulatum.

Sic è Buglossò.

Capill: Venetis.

Cichoriò.

Iride Flor.

Rad. Enulæ.

Symphyto, & alijs.

SPECIES

Molchi (mirabilium)



SPECIES SIVE PVLVERES.

AROMATICVM CARYO- PHYLLATVM.

M E S.

℞ Caryophyllorum drachmas sep-
tem.

Macis,

Zedoariæ,

Galangæ minoris,

Santali Citrini,

Trochisc. Diarhodon,

Cinnamomi,

Ligni Aloes,

Spicæ Nardi Indicæ,

Piperis longi,

Cardamomi, ana drachmam
vnam.

Rosarum rubrarum drachmas
quatuor.

Galliæ moschatae,

Glycyrrhizæ rasæ, ana drach-
mas duas.

Folij,

Cubebarū, an. scrupulos duos.

Ambrae griseæ optimæ drach-
mam vnam.

Moschi semiscrupulum.

Sacchari albissimi q. s.

Tritis omnibus diligentissimè fiat
Puluis.

Cum Syrupi è Cytro admisti q. s.
Electuarium fieri potest.

AROMATICVM ROSA- TVM GABRIELIS.

℞ Rosarum rubrarum drachmas
quindecim.

Glycyrrhizæ rasæ drachmas se-
ptem.

Ligni Aloes,

Santali citrini, ana drachmas
tres.

Cinnamomi electi drachmas
quinque.

Caryophyllorum,

Macis, ana drachmas duas se-
mis.

Gum. Arabici,

Tragacanthi, ana drach-
mas duas & scrupulos
duos.

Nucis Moschatae,

Carda.

Cardamomi minoris,
Galangæ, ana drachmam vnã.
Spicæ Indicæ,
Ambrae griseæ, ana scrupulos
duos.
Moschi scrupulum vnum.
Pulueriscentur secundum artem,
& puluis seruetur in vase vitreo,
vel fictili vitreato ad vsum.

Parari potest sine spica propter
ingratitude[m], quo nomine &
in reliquis specibus cordialibus
Spica omitti potest.

PVLVIS CARDIACVS
MINOR,
FERN. l. 5. c. 21.

℞ Cornu Cerui,
Vnicorni,
Margaritarum splendidarum,
scobis Eboris, ana grana sex.
Fiat Puluis tenuis: si reseruandus,
singulorum quantitas augetur a-
nalogicè.

PVLVIS CARDIACVS
MAIOR,
FERNELII.

℞ Radic: Tormentillæ,
Dictamni,
Tunicæ,
Scabiosæ,
Sem. Acetosæ,
Coriandri præp.
Citri,
Cardui benedicti,
Endiuia,

Rutæ, ana drachmam
vnam.

Trium Santalorum,
* Been } albi, } vel succed.
 } rubri, } pag. 60.

Doronici Romani,
Cinnamomi,
Cardamomi,
Croc.

Flor. Buglossi vtriusque,
Rosarum rubrarum,
Nymphææ,

Ligni Aloes,
Macis ana scrupulos duos,
Rasuræ Eboris.

Spodij,
Ossis è corde Cerui,
Corallij rubri
Margaritarum splend.
Smaragdi,
Hyacinthi,
Granati, ana scrupulum vnum.
Serici crudi torrefacti,
Boli Armeni,
Terra Lemniæ, an. semidrach-
mam.

Caphuræ,
Ambrae griseæ,
Moschi, ana grana sex.

Fiat Puluis, & ex octuplo Saccha-
ri albi aquâ rosarum soluti, tabel-
læ concinentur.

PVLVIS AD CONTVSOS
EX CASV, AVGVST.

℞ Terra sigillatæ,
Sanguis.

Sanguinis Draconis,
Mumiæ, ana drachmas duas.
Spermatis Ceti drachmam v-

nam.
Rhabarbari drachmam dimi-

diam.
Fiat omnium Puluis secundum
artem.

SPECIES CORDIALES
TEMPERATÆ.

℞ Ligni Aloes,
Spodij, ana drachmam vnam.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Offis de corde cerui,
Radic. Angelicæ.

* Been vtriusque, (vel eorum loco
Radic. Caryophyllatæ & Tor-
mentillæ,) ana drachmam v-
nam semis.

Margaritarum præparatarum drach-
mas sex.

Serici crudi tosti.

Corallij vtriusque, ana drach-
mas duas.

Hyacinthi,
Smaragdi,
Sapphyri, ana drachmam di-
midiam.

Croci scrupulum vnum.
Ambræ griseæ,
Moschi, ana drachmam dimi-
diam.

Folia } Auri.
 } Argenti, ana decem.

Fiat Puluis secundum artem.

DIACALAMINTHES
SIMPLEX.

GALENI.

℞ Calaminthæ Montanæ,
Pulegij,
Origani.

Sem. Petroselini Macedonici,
Petroselini,
Seseleos, ana drachmas
duas.

Sem. Apij,
Cymarum Thymi, an. vnciam
dimidiam.

Sem. Ligustici,
Piperis nigri, an. vnciam vnam.
fiat puluis secundum artem.

Fieri etiam potest Electuarium,
cum Sacchari albissimi (soluti in
aqua Violarum aut Rosarum) li-
bris duabus semis.

SPECIES ELECTVARIJ
DIACALAMINTHES
COMPOSITI,
FER.

℞ Pulueris Electuarij Diacalamin-
thes simplicis vnciam dimi-
diam.

Folior. Prasij,
Maioranæ,
Melissæ,
Artemisiæ,
Sabinæ, aridorum, ana
drachmam vnam.

Radic. Cyperi,

Sem. Rubiæ.

Rutæ,

Macis,

Cinna

Cinnamomi , ana scrupulos duos.

Terantur & misceantur diligentissimè ; fieri etiam potest Electuarium cum Sacchari in aqua Parthenij soluti duodecuplo.

DIANISVM,
M E S.

℞ Semin. Anisi elect. vncias duas semis.

Glycyrrhizæ rasæ,

Mastiches, an. vnciam vnam.

Sem. Carui,

Foeniculi,

Galangæ,

Macis,

Zingiberis,

Cinnamomi , an. drachmas quinque.

Trium Piperum,

Casiæ lignæ,

Calaminthæ.

Pyrethri, ana drachmas duas.

Cardamomi,

Caryophyllorum,

Cubeborum,

Spicæ Indicæ,

Croci, ana sesquidrachmam.

Sacchari albi vncias quinque.

Fiat Puluis , & cum melle despumato Electuarium.

SPECIES ELECTVARI
DIACYMINI,
NICOLAI.

℞ Cymini per diem naturalem infusi in aceto , & iterum exic-

cati, vnciam vnam, & scrupulum vnum.

Cinnamomi,

Caryophyllorum, an. drachm. duas semis.

Galangæ,

Satureiæ,

Calaminthes , ana drachmam vnam & scrupulos duos.

Zingiberis,

Piperis nigri, an. drachm. duas, & grana quinque.

Sem. Ligustici,

Ammios, an. drach. vnam & grana octodecim.

Piperis longi drachm. vnam.

Spicæ Nardi,

Nucis Moschatae,

Cardamomi, an. scrupulos duos semis.

Terantur, & diligenter recondantur ad vsum, in forma Pulueris.

SPECIES ELECTVARI
DIAGALANGÆ,
M E S.

℞ Galangæ,

Ligni Aloes , an. drachm. sex.

Caryophyllorum,

Macis,

Semin. Ligustici , an. drachm. duas.

Zingiberis,

Piperis longi,

albi,

Cinnamomi,

Calami Aromatici , an. drach. vnam semis.

Calaminthæ siccæ,
 Menthæ siccæ,
 Cardamomi maioris,
 Spicæ Indicæ,
 Sem. Apij,
 Anisi,
 Fœniculi,
 Carui, an. drachm. vnam.

fiat Puluis secundum artem.

Fieri etiam potest electuarium
 cum Sacchari albi, vino Maluati-
 co soluti,

vel Mellis despumati duo-
 decuplo.

SPECIES ELECTVARIII
 DE GEMMIS CALIDI,
 M. E. S.

℞ Trochiscorum Diarhodon,
 Ligni Aloes, ana drachmas
 quinque:

Margaritarum albarum.

Zedoariæ,

Doronici,

Cortic. Citri.

Macis.

Sem. Ocimi Caryophyllati.

Ambrae griseæ veræ, an. drach-
 mas duas.

Corallij rubri,

Succini albi,

Rasuræ Eboris, an. scrupulos
 quinque.

Sapphyri,

Hyacynthi,

Sardæ,

Granati,

Smaragdi,
 Cinnamomi,
 Galangæ,
 Zurumbet, an. drachmam v-
 nam semis.

* Been vtriusque (vide succed:
 pag. 60.)

Caryophyllorum,

Zingiberis,

Piperis longi,

Spicæ Indicæ,

Folij, vel Spicæ Celticæ,

Croci,

Cardamomi maioris, an. drach-
 mam vnam.

Folior. Auri.

Argenti, an. scrupulos
 duos.

Moschi drachmam di-
 midiam.

Fiat omnium Puluis secundum
 artem, & seruetur ab aere conclu-
 sus diligentissimè.

SPECIES ELECTVARIII
 DE GEMMIS
 FRIGIDI.

℞ Margaritarum præparatarum
 drachmas tres.

Spodij,

Rasuræ Eboris,

Corallij vtriusque, ana drach-
 mas duas.

Flor. Rosarum rubrarum drach-
 mam vnam semis.

Hyacynthi,

Sapphyri,

Sma-

Smaragdi,
 Sardæ,
 Granati,
 { albi,
 Santali } rubri,
 { Citrini,
 Flor. Borriginis,
 Buglossi,
 Sem. Acetosæ,
 Basilici,
 * Been vtriusque (vide pag.
 60.) ana drachmam v-
 nam.
 Ossis è corde Cerui drach-
 mam dimidiam.
 Folia Auri,
 Argenti, ana quindecim.
 Fiat puluis secundum artem, di-
 ligenter reponatur.

SPECIES ELECTVARIII
 DIAIREOS SIMPLICIS,
 NICOLAI.

℞ Ireos vnciam dimidiam.
 Sacchari candi,
 Specierum Diatrágacanthi fri-
 gidi, ana drachmas duas.
 Fiat Puluis.

SPECIES DIALACCÆ.
 MES.

℞ Laccæ præparatæ,
 Rhabarbari,
 Schoenanthi, ana drachmas
 tres.
 Spicæ.

Mastiches,
 Succi Absinthij Romani,
 Eupatorij, i. Agerati,
 Sem. Apij,
 Ammeos,
 Fœniculi,
 Anisi,
 Sabinæ,
 Amygdalarum amararum,
 Myrrhæ,
 Costi, seu Zedoariæ,
 Radic. Rubiæ tinctorum.
 Afari,
 Aristolochiæ } longæ,
 } rotundæ,
 Gentianæ,
 Croci,
 Cinnamomi,
 Hyssopi siccæ,
 Casiæ lignæ veræ,
 Bdellij, ana drachmam vnam
 femi.
 Piperis,
 Zingiberis, ana drachmam v-
 nam.

fiat Puluis s. a.

Fieri etiam potest Electuarium
 cum Mellis vel Sacchari vino al-
 bo, vel aquâ Cichorij, soluti, q. s.

SPECIES ELECTVARIII
 DIAMARGARITON
 CALIDI,
 AVICEN.

℞ Margaritarum albissimarum,
 Pyrethri, ana drachmam vnam.
 Zingiberis,

Mastiches , ana vnciam dimidiam.

Doronici,

Zedoariæ;

Sem. Apij,

Cardamomi vtriusque,

Nucis Moschatae,

Macis: ana drachmas duas.

* Been vtriusq; vide succedan. pag. 60.

Piperis $\left\{ \begin{array}{l} \text{nigri,} \\ \text{longi, ana drachmas} \\ \text{tres.} \end{array} \right.$

Cinnamomi drachmas quinque.

Puluerizentur , reponantur ad vsum.

SPECIES ELECTVARIII
DIAMARGARITON
FRIGIDI,
NICOLAI.

℞ Semin. quatuor frigidorū maiorum mundatorum.

Sem. Portulacæ,

Papaueris albi,

Endiuia,

Oxalidis,

Citri,

Trium Santalorum,

Ligni Aloes,

Zingiberis,

Flor. Rosarum rubrarum,

Nymphææ,

Buglossi,

Violarum,

Baccarum Myrti,

Ossis e corde Cerui,

Eboris,

Doronici Romani.

Cinnamomi , ana drachmam vnam.

Corallij vtriusque , ana drachmam dimidiam.

Margaritarum splendidarum drachmas tres.

Ambrae griseæ.

Caphurae , ana grana sex.

Moschi grana duo.

fiat Puluis secundum artem.

Obseruandum autem, vt semina frigida Maiora & Papaueris mundata non prius addantur , quam species requiruntur à Medico ad vsum, alioqui compositio fiet rancida : & sic in reliquis speciebus, quarum compositionem hæc semina ingrediuntur.

SPECIES ELECTVARIII
DIAMBRÆ,
MES.

℞ Cinnamomi,

Doronici, siue Zedoariæ,

Caryophyllorum,

Macis,

Nucis Moschatae,

Folij,

Galangæ, ana drachmas tres.

Spicæ Indicæ,

Cardamomi maioris,

minoris , ana drachmam vnam.

Zingiberis drachmam vnam semis.

Ligni Aloes,

Santali,

Santali Citrini,
Piperis longi, ana drachmas
duas.

Ambrae griseae sesquidrach-
mam.

Moschi drachmam dimidiam.

Misce, fiat omnium Puluis.

SPECIES ELECTVARIII
DIAMOSCHV DVLCIS,

M E S.

R Croci,

Doronici, seu Galangae,

Zedoariae,

Ligni Aloes,

Macis, ana drachmas duas.

Margaritarum albarum,

Serici crudi tosti,

Succini,

Corallij rubri,

Galliae Moschatae,

Ocimi Citriati, ana drachmas
duas semis.

Zingiberis.

Cubeborum.

Piperis longi, ana drachmam
vnam semis.

* Been vtriusque, vel succedan:
pag. 60.

Folij, aut Cinnamomi,

Spicae Indicae,

Caryophyllorum, ana drach-
mam vnam.

Moschi scrupulos duos.

Fiat Puluis secundum artem:
fiet & Electuarium, addendo sac-
chari vino albo soluti quadruplum.

SPECIES ELECTVARIII

DIAMOSCHV AMARI,

M E S.

Ad eadem ingredientia, & pari
dosi, adde

Absinthij,

Rosarum, ana drachmas tres

Aloes optimae lotae semunciam

Cinnamomi drachmas duas se-
mis.

Castorei,

Ligustici, an. drachmam vnam

Fiat puluis.

SPECIES ELECTVARIII

DIANTHON,

NICOLAI.

R Flor. Rorismarini vnciam vna,

Rosarum rubrarum,

Violarum,

Glycyrrhizae, an. drachmas sex.

Caryophyllorum,

Spicae Indicae.

Nucis Moschatae.

Galangae.

Cinnamomi,

Zingiberis,

Zedoariae,

Macis,

Ligni Aloes,

Cardamomi,

Sem: Anethi,

Anisi, an. scrupulos qua-
tuor.

Fiat Puluis secundum artem.

DIAPENIDION,
NIC.

℞ Penidiorum vncias duas.
Nucum Pinearum,
Amygdalarum dulcium mundatarum,
Sem. Papaueris albi, ana drachmas tres, scrupulum vnum.
Cinnamomi.
Caryophyllorum
Zingiberis
Succi Glycyrrhizæ,
Gum. Tragacanthi,
Arabici,
Amyli candidissimi.
Sem. 4. frig. mai. excortic. ana sesquidrachmam.
Camphoræ grana septem.
Sacchari albissimi q. s. vel in forma Electuarij, cum Syrupo Violarum.

DIARHODON ABBATIS,
NICOLAI.

℞ Santalorum alborum,
rubrorum, ana drachmas duas semis.
Gum. Tragacanthi,
Arabici,
Spodij, ana scrupulos duos.
Asari,
Mastiches,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Glycyrrhizæ,
Croci,

Ligni Aloes.
Caryophyllorum,
Galliæ Moscatæ,
Sem. Anisi.
Foeniculi,
Cinnamomi,
Rhabarbari,
Sem. Ocimi.
Acinorum Berberis,
Sem. Scariolæ.
Portulacæ.
Cucurbitæ.
Cucumeris,
Citruli,
Melonum,
Papaueris albi, ana scrupulum vnum,
Margaritarum.
Ossis e Corde Cerui, ana scrupulum dimidium.
Sacchari candi,
Rosarum rubrarum, ana vnciam vnam, & drachmas tres.
Camphoræ grana septem.
Moschi grana quatuor.
Fiat Puluis s. a.

Fieri etiam potest Electuarium cum octuplo Sacchari dissoluti in aqua Rosacea.

DIOSPOLITICVM,
GALENI.

℞ Cymini præparati,
Piperis longi,
Folior. Rutæ siccatorum, ana vnciam vnam.
Nitri vnciam dimidiam.
Fiat puluis.

SPECIES

SPECIES ELECTVARIII
DIATRAGACANTHI
FRIGIDI,
NICOLAI.

℞ Gum. Tragacanthi albi v̄ncias
duas.
Arabici vnciam vnam
& drachmas duas.
Amyli vnciam dimidiam.
Glycyrrhizæ,
Sem: Melonum.
Papaueris albi.
Citruli,
Cucumeris,
Cucurbitæ, ana drachmas
duas.
Penidiorum vncias tres.
Caphuræ semiscrupulum.
Fiat puluis s.a.

Fieri etiam potest Electuarium,
cum syrapi violacei sufficienti
quantitate: At cautio habenda est,
(vt prius) de seminibus frigidis.

SPECIES ELECTVARIII
DIATRION PIPEREON,
GALENI.

℞ Trium piperum, an. drachmas
sex, & grana quindecim.
Sem: Anisi.
Thymi,
Zingiberis, an. drachmam
vnam.

Fiat Puluis: & cum Saccharo in
aqua florum Rorismarini soluto,

vel melle prout res postulauerit
fieri potest Electuarium s. a.

SPECIES ELECTVARIII
DIATRION SANTALON,
NIC.

℞ Santalorum omnium.
Rosarum rubrarum,
Sacchari candi, ana drachmas
tres.
Rhabarbari,
Spodij,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem: Portulacæ, an. drachmas
duas, & grana quindecim.
Amyli,
Gum: Arabici,
Tragacanthi,
Sem: Melonum,
Cucumeris,
Citruli,
Cucurbitæ,
Scariolæ, an. drachmam
vnam semis.
Camphoræ Scrupulum
vnum.

Fiat puluis s. a.

Fieri etiam potest Electuarium
cum octuplo Sacchari in aqua
Rosacea soluti.

PVLVIS HALY.

℞ Sem. Papaueris albi drachmas
decem.

Gummi Arabici,
 Amyli,
 Tragacanthi, an. drachmas
 tres.
 Semin: Portulacæ.
 Althææ,
 Maluæ, an. drachmas quin-
 que.
 Cucumeris.
 Melonis,
 Cucurbitæ,
 Citruli,
 Cydoniorum mundatorū,
 an. drachmas septem.
 Spodij,
 Glycyrrhizæ, ana drachmas
 tres.
 Penidiorū ad pondus omniū.
 Fiat puluis s. a.

LÆTIFICANS GALENO
 ADSCRIPTVS.

℞ Florum Ocimi Caryophyllati
 aut sem: eiusdem.
 Croci,
 Zedoariæ,
 Xyloales,
 Caryophyllorum,
 Corticum Citri,
 Galangæ,
 Macis,
 Nucis Moschataæ,
 Styracis Calamitæ, ana drach-
 mas duas semis.
 Rasuræ Eboris,
 Sem. Anisi,
 Thymi,

Epithymi, ana drachmam v-
 nam.

Offis è Corde Cerui,
 Margaritarum,
 Camphoræ,
 Ambraæ,
 Moschi, ana drachmam dimi-
 diam.

Folior: Auri,
 Argenti, ana scrupulum
 dimidium.

Fiat Puluis s. a. reseruetur dili-
 genter ad vsum.

SPECIES CONFECTIO-
 NIS LIBERANTIS.

℞ Radic: Tormentillæ,
 Semin: Acetosæ,
 Endiuiaæ,
 Coriandri præparati,
 Citri, ana drachmam v-
 nam semis.

Santalorum omnium,
 Dictamni albi, an. drachmam
 vnam.

Boli Armeni,
 Terræ Lemniæ, ana drachmas
 tres.

Margaritarum,
 Corallij vtriusque,
 Succini albi,
 Rasuræ Eboris,
 Spodij,
 Offis è Corde Cerui,
 * Been vtriusque, vel succedan:
 pag: 60.
 Radic: Angelicæ.

Cardamomi,
 Cinnamomi,
 Macis,
 Ligni Aloes,
 Calliæ Lignæ,
 Croci,
 Zedoariæ, ana drachmam di-
 midiam.
 Penidiorum,
 Sacchari candi,
 Serici crudi tosti,
 Smaragdi,
 Hyacynthi,
 Granati, ana scrupulos duos.
 Flor. Nymphææ,
 Buglossi,
 Rosarum rubrarum, ana
 scrupulum vnum.
 Camphoræ grana septem,
 Moschi,
 Ambre griseæ, ana grana tria.
 Fiat Puluis secundum artem.

LITHONTRIBON,
 NIC. SEC. FERN.

Rx Spicæ Nardi,
 Zingiberis,
 Cinnamomi,
 Melanopiperis,
 Cardamomi,
 Caryophyllorum,
 Macis, ana drachmam dimi-
 diam.
 Costi,
 Glycyrrhizæ,

Cypero,
 Tragachanthæ,
 Chamædryos, ana scrupulos
 duos.

Semin. Ammeos.

Apij,
 Asparagi,
 Ocimi,
 Vrticæ,
 Citri,
 Saxifragiæ,
 Pimpinellæ,
 Carui,
 Dauci,
 Fœniculi,
 Rusci,
 Petroselini Macedonici.
 Bardanæ.
 Seseleos,
 Asari, ana drachmam v-
 nam.

Lapidis Spongiæ,
 Lyncis,
 Cancri,
 Iudaici, ana drachmam
 vnam semis.

Sanguinis Hircini præ-
 parati vnciam vnam
 semis. fiat Puluis se-
 cundum artem.

PVL

PVLVIS SAXONICVS.

℞ Radic. vtriusque Angelicæ,
 Vincetoxici,
 Valerianæ domesticæ,
 Polypodij quercini,
 Radic. Althææ,
 Vrticæ, ana vnciam di-
 midiam:
 Cortic. Mezerei German. drach-
 mas duas.
 Granorum herbæ Paridis nu-
 mero viginti quatuor.
 Folior. eiusdem, cum toto, nu-
 mero triginta sex.
 Ex maceratis in aceto radicibus, &
 siccatis, fiat omnium puluis.

PVLVIS PALMARI
 AD MORSVM CANIS
 RABIDI,

℞ Folior. Rutæ,
 Verbenæ,
 Saluiæ,
 Plantaginis,
 Polypodij,
 Absinthij vulgaris,
 Menthæ,
 Artemisiæ,
 Melissophylli,
 Betonicæ,
 Hyperici,
 Centaurij minoris, an. p.æ.
 Legantur singula, quo tempore
 viribus pollent maximis, quod ad

Iunij ferè plenilunium assequun-
 tur. Papyraceis dein chartis con-
 clusa siccentur seorsim in loco, ad
 quem, neque Sol, neque pluuia
 pertingat: Siccata ad futuros vsus
 asseruentur, eâ lege, vt quotannis
 renouentur:

Quum vtendi necessitas incidet
 singulorum æquale pondus in
 puluerem tenuissimum redigito.

PLERES ARCHONTI-
 CON,
 NICOLAI.

℞ Cinnamomi,
 Caryophyllorum;
 Ligni Aloes,
 Galangæ,
 Spicæ Indicæ,
 Nucis Moschatae,
 Zingiberis,
 Spodij,
 Schoenanthi,
 Cyperi,
 Rosarum,
 Violarum, an. drachmā vnam.
 Folij, seu Macis,
 Glycyrrhizæ,
 Mastiches,
 Styracis Calamitæ
 Maioranæ.
 Balsamitæ seu Menthæ aqua-
 ticæ.
 Ocimi.
 Cardamomi.
 Piperis Longi.
 Albi.

Myrti.

Myrtilorum baccarum,
Corticum Citri, ana drachm.
dimidiam & grana sex.

Margaritarum,

* Been { Albi, } vel succedan.
 { Rubri, } pag. 58.

Corallij rubri,

Serici tosti, ana grana octode-
cim.

Moschi grana sex.

Camphoræ grana quatuor.

Fiat Puluis secundum artem. Po-
terit etiam cum decuplo sacchari
soluti in aqua Melissæ formari in
Electuarium.

PVLVIS PRÆSERVATIVVS
A PESTE,
MONTAGNANÆ.

℞ Santalorum omnium,

Semin. Ocimi, ana vnciam v-
nam semis.

Boli Armeni,

Cinnamomi, ana vnciam v-
nam.

Radic. Dictamni,

Gentianæ,

Tormentillæ, ana drach-
mas duas semis.

Semin. Citri,

Acetosæ, ana drachmas
duas.

Margaritarum,

Sapphyri,

Offis de corde Cerui, an. drach-

mam vnam.

Fiat Puluis secundum artem, dili-
genter reponatur.

SPECIES ELECTVARIII
ROSATÆ NOVELLÆ,
NICOLAI.

℞ Rosarum,

Sacchari,

Glycyrrhizæ, ana vnciam vnā
drachmam vnam, scrupulos
duos semis.

Cinnamomi drachmas duas,
scrupulos duos, grana duo:

Caryophyllorum,

Nardi Indicæ,

Zingiberis,

Galangæ,

Nucis Moschatæ,

Zedoariæ,

Styracis,

Cardamomi,

Apij, ana scrupulum vnum
grana octo.

Sacchari albissimi q. s.

Fiat Puluis: inde Electuarium s. a.

PVLVIS AD HÆMOR-
RHAGIAM,
GALENI.

Meth. l. 5. c. 4.

℞ Thuris drachmam vnam.

Aloes drachmam dimidiam.

Fiat Puluis. Cùm vtendi tempus
instat, tantum huius cum oui can-
dido subigitur, quantum mellis
reddat

reddat crassitudinem; hoc Leporis mollissimis pilis excipitur, deinde tum vasi profluenti, tum vlceri toti liberaliter imponitur, adhibitâ ligaturâ conuenienti.

PVLVIS AD SCABIEM.

℞ Sulphuris viui,
Nitri,
Folior. Maioranæ, ana drachmas duas.
Lithargiri auri,
Radic. Ellebori nigri, an. drach. vnam.
Pimpinellæ drachmam dimidiam.
Fiat Puluis secundum artem.

PVLVIS RADVLPHI HOLLAND.

℞ Sem. Anisi,
Carui,
Fœniculi,
Cymini,
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Galangæ, ana vnciam dimidiam.
Glycyrrhizæ,
Milij Solis, ana vnciam vnam.
Sennæ ad pondus omnium.
Fiat Puluis.

PVLVIS SANCTVS,
BRASAVOLAE.

℞ Foliorum Sennæ,
Cremoris Tartari, ana vncias duas.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Galangæ,
Ammeos, ana drachmas duas.
Diagrydij vnciam dimidiam.
Fiat Puluis secundum artem.

In defectu seminum Ammeos legitimorum aut recentium quibus sepiissime destituimur, substituenda quidem Anisi semina conuenimus cum Antidotario Bergomensis.

PVLVIS SENNÆ.

℞ Sennæ optimæ vncias duas.
Cremoris Tartari vnciam dimidiam.
Macis scrupulos duos semis.
Zingiberis.
Cinnamomi, ana drachmanam vnam.
Salis Indi drachmam vnam.
Fiat Puluis s. a.

DIATVRBITH MAIVS
SINE RHABBARO.

℞ Turpeti optimi vnciam vnam.
Diagrydij,
Zingiberis, an. vnciam dimidiã.
Caryophyllorum.

Caryo.

Caryophyllorum, ana drachm.
duas.

Galangæ,

Piperis longi,

Macis, ana drachmam vnam.

Fiat Puluis: Et cum Sacchari al-
bissimi vncis octo & drachmis
quinque in aq. Cichorij solutis,
feri potest Electuarium s. a.

DIATRIBITH CVM
RHABBARO;
MONTAGNANAE.

℞ Turpeti optimi,
Hermodactylorum, an. vnciam
vnam.

Rhabbari drachmas decem.

Diagrydij vnciam dimidiam.

Santali rubri,

albi,

Violarum,

Zingiberis, ana drach. vnam
semis.

Mastiches,

Anisi,

Cinnamomi,

Croci, ana drachmam dimidi-
am, fiat puluis: Et cum Sacchari al-
bissimi libra vna, vncis duabus,
& drachmis duabus in aq. Cicho-
rij solutis, fieri potest Electuarium
secundum artem.

PVLVIS AD LUMBRICOS.

℞ Sem. Sanctonici vncias quatuor.

Folior. Sennæ vnciam vnam.

Coriandri præparati,

Cornu Cerui, ana drachmam
dimidiam.

Rhabbari vnciam dimidiam.

Rutæ siccæ drachmas duas.

Fiat Puluis.

K

ELECTV.



ELECTVARIA.

ANTIDOTVS ANALEPTI-
CA SIVE ELECTVARIVM
RESVPTIVVM,
FERNELII.

℞ Rosarum rubrarum,
Glycyrrhizæ; ana drachmas
duas & grana quinque.
Gum. Arabici.

Tragacanthi, ana drach-
mas duas & scrupulos
duos.

Santali albi,
rubri, ana scrupul.
quatuor.

Succi Glycyrrhizæ,
Amyli,

Semin. Papaueris albi,
Portulacæ,
Lactucæ,
Scoriolæ, ana drachm.
tres.

Quatuor Semin. frigidorum
maiorum.

Sem. } Cydoniorum,
} Maluæ,
} Bombacis,
} Violarum,

Strobilorum,
Pistaciorum recentium,
Amygdalarum dulcium,
Pulpæ Sebesten, ana drachmas
duas.

Caryophyllorum,
Spodij,
Cinnamomi an. drachm. vnam
Crocigrana quinque.

Penidiorum vnciam dimidiã.
Trita omnia excipiantur triplo
Syrupi violati, & fiat Electuarium
molle.

CONFECTIO ALKERMES,
M E S.

℞ Succi Pomorum fragrantium.
Aquæ Rosarum odoratissimæ,
ana libram vnam semis.

Quibus

Quibus infunde per horas viginti quatuor,

Serici crudi vncias quatuor.

Expressioni forti adde,

Succi granorum Kermes ad nos aduecti, puri libram vnam.

Sacchari libras duas.

Coque ad mellis consistentiam, Mixturæ ab igne sepositæ, adhuc autem calenti, adde

Ambrae griseæ crudæ minutim concisæ vnciam dimidiam.

Quibus optimè liquatis, superinjicito sequentia puluerisata.

Cinnamomi electi,

Ligni Aloes optimi,

Lapidis Lazuli vsti in Crucibulo,

(dein puluerisati, & loti, primum in aqua communi, dein in aqua Rosacea aut Borriginis, idq; multoties, ita vt post lotionem exicetur, denuoque lauetur, & eousque hæc reiteretur operatio, donec aqua limpida post lotionem remaneat) an. drach. sex.

Margaritarum pellucidarū præparatarum drach. tres

Folior. Auri,

Moschi optimi, an. drachm. vnam.

Asæ foetidæ,

Sagapeni,

Opopanacis, ana drachmas
duas.

Dissoluantur gummi in aceto
Scillitico, & cum succo Artemi-
siæ fiant Trochisci.

TRO-

TROCHISCI POLYDÆ
SPHRAGIS, ANDRO-
MACHI EX
GALENO.

℞ Florum Mali Punicī, id est, Ba-
laustiorum drachmas duode-
cim.

Aluminis Sciffillis drach. tres.
Thuris.

Myrrhæ, an. vnciam dimidiam.

Chalcanthi drachmas duas.

Fellis Taurini drachmas sex.

Aloes vnciam vnam.

Vini austeri q. s. fiant Trochisci
secundū artem.

PASTILLI ANDRONIS,
GALENI.

℞ Cytinorum Balaustior. drach.
decem.

Chalcanthi drach. duodecim,

Gallæ omphacit,

Aristolochiæ,

Thuris, an. vnciam.

Aluminis Sciffilis,

Myrrhæ ana semunciam.

Misy, drachmas duas.

Cum vini austeri heminis duabus
fiant Trochisci, s. a.

TROCHISCI MVSÆ,
GALEN.

℞ Aluminis sciffi,

Aloes,

Chalcanthi,

Myrrhæ, ana drachmas sex.

Crocomagmatis,

Croci, ana drachmas tres.

Cytinorum semunciam.

Vini odorati.

Mellis, ana q. s. vt formentur

Pastilli, s. a.

CROCOMAGMA DAMO-
CRATIS.
GALENI.

℞ Croci drachmas centum,

Rosarum rubrarum,

Myrrhæ, ana drachmas quin-
quaginta,

Amyli,

Gummi, ana drachmas triginta.

Vini q. s. fiant Trochisci, s. a.

TROCHISCI DE LIGNO
ALOEES,
MES.

℞ Xyloaloes,

Rosarum rubr. ana drachmas
duas.

Mastichēs,

Cinnamomi,

Caryophyllorum,

Nardi Indicæ,

Nucis Moschatae,

Cardamomi maioris,
minoris,

Cubegarum,

Galliæ Moschatae,

Pastinacæ,

Cortic. Citri,

N 4

Macis

Macis , ana sesquidrachmam.
 Ambrae griseae,
 Moschi, ana semisrupulum,
 Cum Melle Passularum fiant Tro-
 chisci.

TROCHISCI RAMICH,
M E S.

℞ Succi Acetosae vncias sedecim.
 Foliorum Rosarum rubrarum
 vnciam vnam.
 Baccarum Myrti vncias duas.
 semel teruefiant & colentur, adde
 colatis
 Gallarum recentium accuratè
 tritarum vncias tres.
 Coque iterum aliquantisper, de-
 inde inspergatur sequentium spe-
 cierum minutissimus & optimè
 commixtus Puluis.

℞ Rosarum rubrarum vnciam
 vnam.
 Santali Citrini drachmas de-
 cem.
 Gummi Arabici vnciam vnam
 semis.
 Sumach,
 Spodij, ana vnciam vnam.
 Granorum Myrti vncias qua-
 tuor.
 Ligni Aloes,
 Caryophyllorum,
 Macis,
 Nucis Moschatae, ana vnciam
 dimidiam.
 Omphacij seu Agrestae drach-

mas septem.

Misce omnia simul, & extende
 in scutella lapidea, dum exiccen-
 tur, exiccata rursus in tenuissimum
 puluerem terantur, & formentur
 Trochisci parui cum Camphorae
 drachma vna, & q. s. aquae Rosa-
 rum, & Trochiscos hos aroma-
 tizant Moschi grana quindecim.

TROCHISCI DE ROSIS,
M E S.

℞ Rosarum rubrarum vnciam di-
 midiam.
 Ligni Aloes drachmas duas.
 Mastiches drachmam vnam
 semis.
 Absinthij Rom.
 Cinnamomi,
 Nardi Indicae,
 Casiae lignae,
 Schoenanthus, ana drachmam
 vnam.

Vini veteris, & decocti quinque
 radicum aperitiuarum an. q. s. fiant
 Trochisci s. a.

TROCHISCI DE SCILLA,
G A L E N I.

Scillam initio Iulij collectam
 mediae magnitudinis, plenam,
 candidam, cortice primo detracto,
 & parte duriore, cui radulae ad-
 haerent abiecta, farinam tritici sub-
 actam inuolues, & eousque in cliba-
 no coques, donec farina probe sic-
 cata

cata sit, & ea perforata, stilo ligneo (vel potius festucâ) tentabis an Scilla vndique tenera sit. Eâ exemptâ, ipsam in mortario diligenter teres, cui admiscebis farinæ Erui albi, vel eius loco Ciceris rubri tenuissimè cribrati vncias octo ad singulas Scillæ libras, & formabis in Trochiscos ponderis drachmarum duarum (manibus rosaceo inunctis) & siccabis in superiore parte ædium meridiem spectante, in umbra, sæpiùs obvertendo, donec probè siccati sint, deinde reponne in vase stanneo puro, vel vitreo vitatis plumbis.

TROCHISCI DE SPODIO,
M E S.

℞ Rosarum rubrarum drachmas duodecim.
Spodij drachmas decem.
Sem. Acetosæ drachmas sex.
Portulacæ.
Coriandri in aceto mace-
ratorû & torrefactorum.
Pulpæ Sumach, ana drachmas
duas semis.
Amyli tosti,
Balaustiorum.
Berber. ana drachmas duas.
Gummi Arabici affati drachm.
vnam semis.
Agrestæ q. s. fiat Trochisci.

TROCHISCI DE SAN-
TALISMAI.
M E S.

℞ Santalorum trium, ana vnciam
Sem. Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citruli,
Portulacæ,
Spodij, ana semunciam.
Rosarum drachmas septem.
Succi Berber. drachmas sex.
Eoli Armeni drachm. quatuor.
Camphoræ drach. vnam.
Cum aqua Portulacæ fiant Tro-
chisci.

TROCHISCI DE VIPERA
ANDROMACHIE
G A L E N O.

℞ Carnis Viperinæ detractâ cute,
exemptis interaneis & adipe,
abiectis capitibus & caudis,
cum Anetho, sale pauco & a-
quâ coctæ vnciar octo.
Panis tritici purissimi, aut potius
biscocti triti & cribrati vncias
duas.
Formentur Trochisci, cum iure
in quo decoctæ fuerint carnes Vi-
perinæ, si opus sit liquore, & inun-
gantur Opobalsamo vel Oleo
Nucis Moschatæ per expressionē.
Siccentur loco umbroso libero,
ventoque perflabili per dies quin-
decim, aut eo ampliùs, sæpe au-
tem sunt conuertendi, donec pro-
be

bè exiccati fuerint, deinde in pyxidem vitream, aut figlinam vitream, benè obturatam reponendi. Annū integrum perseuerent, quam longè meliùs fuerit haud multo postquam ipsos confeceris Theriacam adornare. Qui porro diutiùs conseruare velit, subinde eos à puluisculo abstergat, qui illis obnasci consuevit, qui si diutiùs inhæreat Pastillos perforabit; hoc modo conseruari possunt integri ad tertium annum.

TROCHISCI VITICIS

Sive

AGNI CASTI,

R E N O D A E I.

℞ Sem. Viticis, seu Agni casti,
Lactucæ,
Rosarum,
Balauftiorum, ana drachmam
vnam.
Scobis Eboris,
Electri, ana drachmam vnam
semis.
Boli Armeni in Aquâ Centinodij loti drachmas duas.
Sem. Plátaginis scrup. quatuor.
Sassafras scrupulos duos.
Cum Mucilagine sem. Cydoniorum in Aqua Nenupharis extracta fiant Trochisci s. a.

TROCHISCI ALBI,

R H A S I S.

℞ Cerussæ aquâ Rosarum lotæ

drachmas decem.

Sarcocollæ crassioris drachmas tres.

Amyli drachmas duas.

Gum. Arabici,

Tragacanthi, ana drachmam vnam.

Caphuræ,

Opij, ana drachm. dimidiam.

Lacte excipiantur singula, & fiant Trochisci s. a.

Parari etiam possunt hi Trochisci sine Opio.

TROCHISCI ALKAKENGI,

M E S.

℞ Baccarū Alkakengi drach. tres.
Sem. Melonum.
Cucumeris,
Citruli,
Cucurbitæ, ana drachmas tres.
semis.
Gum. Arabici,
Tragacanthi,
Thuris masculi,
Sanguinis Draconis,
Pinearum,
Amygdalarum amararum,
Sem. Papaueris albi,
Amyli,
Succi Glycyrrhizæ,
Boli Armeni, ana drachm. sex.
Sem. Apij,
Hyoscyami,
Carabes,
Terræ sigillatæ,
Opij, ana drachmas duas.

Cum

Cum succo recentium Baccarum
Halicacabi, aut decocto earundem
fiant Trochisci s. a.

Parantur etiam sine Opio.

T R O C H I S C I D E C A -
R A B E,
M E S.

℞ Carabes drachmas sex.

Cornu Cerui vsti,

Gum. Arabici assati,

Corallij rubri vsti,

Tragacanthi,

Acaciæ,

Hypocistidos,

Balauftiorum,

Mastiches,

Laccæ lotæ,

Sem. Papaueris nigri assat. ana
drachmas duas.

Thuris,

Croci,

Opij, ana drachmam vnam
semis.

Mucilaginis Sem. Psyllij q. s. for-
mentur Trochisci secundum ar-
tem.

T R O C H I S C I D I A C O -
R A L L I V.
G A L E N I.

℞ Boli Orientalis,

Corallij rubri, ana vnciam v-
nam.

Balauftiorum,

Amyli,

Terræ Lemniæ, ana vnciam di-
midiam.

Hypocistidos,

Sem. Hyoscyami,

Opij, ana drachmas duas.

Succi Plantaginis quantitatem suf-
ficientem : formentur Trochisci,
secundum artem.

T R O C H I S C I D I A -
S P E R M A T O N,
G A L E N I.

℞ Sem. Apij,

Ammeos, ana vnciã vnã.

Anisi,

Fœniculi, ana vnciam di-
midiam.

Opij,

Casiæ lignæ, ana drachmas
duas.

Cum aqua pluuiali fac Pastillos
secundum artem.

H Æ M O P T O I C I P A S T I L L I,
G A L E N .

℞ Amyli,

Balauftiorum,

Terræ Samiæ,

Succi Hypocistidos,

Gummi,

Croci,

Opij, ana drachmas duas,

Excipe succo Plantaginis,
fiant Trochisci s. a.

S I E F D E P L V M B O,
M E S.

℞ Plumbi vsti & loti,

Æris

Æris vsti,
 Antimonij,
 Tutia lotæ,
 Gum. Arabici,
 Tragacanthi, ana vnciam vnâ.
 Opii drachmam dimidiam.
 Aquæ pluuiæ quantitatem suffici-
 entem. fiant Trochisci.

TROCHISCI DE SVCCINO,
 GALENI.

℞ Iridis Illyricæ,
 Ramentorum Succini,
 Mastiches,
 Croci, ana drachmas duas.
 Opii drachmas quinque.
 Excipiantur omnia Mucilagine ex
 Sem. Psyllii. fiant Pastilli.

SIEF DE THVRE
 RHASIS.

℞ Cadmiæ,
 Pompholigos,
 Thuris, ana drachmas decem.
 Ceruffæ drachm. quadraginta.
 Gum. Arabici,
 Opii, ana drachmas sex.
 Aquæ pluvialis q. s. fiant Pastilli,
 siccandi & seruandi.

AGARICVS TROCHIS-
 CATVS,
 MES.

℞ Agarici electi vncias quatuor.
 Infusionis Zingiberis in vino
 generoso factæ quantitatem suffi-

cientem. fiant Trochisci.

TROCHISCI DE
 AGARICO.

℞ Agarici electi vncias tres.
 Salis gem. drachmas sex.
 Zingiberis drachmas duas.
 Cum Oxymelite simplici q. s. fiant
 Trochisci secundum artem.

TROCHISCI AL-
 HANDAL,
 MES.

℞ Pulpæ Colocynthidos albæ, le-
 uis, à seminibus repurgatæ
 vncias decem.
 Forcipibus incide & frica ali-
 quoties cum olei rosati vnciâ
 vnâ, & Trochiscos finge,
 cum parte,
 Mucilaginis, Gum.

Arabici,
 Tragacanthi,
 Bdellii, ana drachmis sex.
 Macerentur per quatrimum in a-
 qua Rosarum. Siccati in umbra
 denuò terantur, & cum reliqua
 Mucilagine resingantur secun-
 dum artem.

TROCHISCI DE RHA-
 BARBARO,
 MES.

℞ Rhabarbari electi drachmas de-
 cem.
 Succu Eupatorii, i. Agerati con-
 densati.

Amyg-

Amygdalarum amararum, ana
 vnciam vnam.
 Rosarum drachmas tres.
 Spicæ Indicæ,
 Absinthij,
 Sem. Anisi,
 Apij,
 Rad. Rubiæ tinctorum,
 Afari, ana drachmam vnā.
 Cum aqua Cuscutæ vel eius loco
 succi Eupatorij depurati fiant
 Trochisci secundum artem.

T R O C H I S C I è V I O L I S
 S O L V T I V I ,*M E S .*

℞ Violarum modicè ficcatarum
 drachmas sex.
 Turpeti optimi semunciam.
 Succi Glycyrrhizæ,
 Scammonij,
 Mannæ, ana drachmas duas.
 Cum Syrupo violarum formen-
 tur Trochisci.


O

OLEA

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



OLEA





OLEA
SIMPLICIA
PER
EXPRESSIONEM.

OLEVM AMYGDALARVM
DVLICIVM.
M E S.

℞ Amygdalarum dulcium sicca-
rum, sed non rancidarum con-
fricatarum q. v. terantur opti-
mè, & è prælo exprimatur
oleum sine vi caloris.

OLEVM AVELLANARVM
M E S.

℞ Auellanarum mundatarum
quantitatem sufficientem, te-
rantur optimè, & relinquan-
tur per horas quinque vel sex
in Balneo tepido, deinde tor-
culari exprimatur oleum.

OLEVM AMYGDALARVM
AMARVM.
M E S.

Eodem modo fit, vt Amygdala-
rum dulcium.

Et eodem modo fiunt,
OLEVM BALANINVM vel **DE BEEN,**
EX BALANO MYREPSICA,

M E S.

	{	Macis,
	{	Nucis Indicæ,
	{	Nucis Moschatae.
	{	Nucum Juglandium Caryinon.
	{	Ceraforum.
	{	Mali Armenij, Chrysomelinum.
	{	Mali Perfici.
ex Nucleis	{	Pinearum.
	{	Prunorum.
	{	Pistaciarum.
	{	Strobilorum.
Oleum	{	Aurantiorum.
	{	Cannabis.
	{	Carthami & dicitur Cnicinum.
	{	Citri.
	{	Cucumeris.
	{	Cucurbitæ.
	{	Citruli.
	{	Ebuli.
	{	Hyoscyami,
	{	Lactucæ,
ex Seminibus	{	Lini,
	{	Melonum.
	{	Papaveris.
	{	Petroselini,
	{	Raphani,
	{	Rapi,
	{	Ricini, & dicitur Oleum de Cherua Cici- num, Ricininum.
	{	Sesami, dicitur Sesaminum.
	{	Sinapi,
	{	Ex Vuarum acinis.

OLEVM

OLEVM LAVRINVM,
M E S.

℞ Baccarum Lauri maturarum & recentium q. s. contundantur, & cum aquæ quantitate sufficienti coquantur, donec pingue supernatauerit, deinde exprimatur torculari, & oleum supernatans aquæ separetur s. a.

OLEVM OLIVARVM
COMMUNE.

Exprimitur ex Oliuis maturis.

OLEVM OLIVARVM
OMPHACINVM.

Ex Oliuis immaturis fit per expressionem.

OLEVM EX VITELLIS
OVORVM,
M E S.

℞ Vitellorum ouorum ad duri-
tiem in aqua coctorum, &
postea in vase vitreato ad len-
tum ignem probè calefacto-
rum quantum vis. Cauendo ne
inter calefaciendum adurantur,
è quibus deinde prælo expri-
matur oleum.

Obscruandum, quòd si irrorentur
aromatico & calido Vino dum
calefiunt & subiguntur, commo-
dius elicietur oleum.

OLEA SIMPLICIA PER INFUSIO-
NEM VEL DECOCTIONEM.OLEVM ROSACEVM
OMPHACINVM.

℞ Olei Omphacini libram vnam.
In qua infunde,
Rosarum rubr. immaturarum
contusarum vncias quatuor.
Pone in vase vitreo, vel vitreato,
& diligenter obtura, & expone
Soli per dies septem, & quotidie
agita, ita vt vndequaque incalef-
cat: deinde leuiter decoque in

duplici vase: postea exprime &
illas Rosas abjice, & secundo alias
Rosas infunde, & vt prius expone
Soli per dies septem, rursus deco-
que: iteretur infusio Rosarum ter-
tiâ vice, & decoquatur leuiter se-
cundum artem, & reponatur
oleum & vsui seruetur.

O 3 OLEVM

OLEVM ROSATVM COM-
PLETVM,
M E S.

Fit eodem modo, ex oleo dulci & maturo sæpe loto, & Rosis rubris expansis, contusis, & Soli expositis, & leuiter decoctis in duplici vase, ita tamen vt tertia infusio sit per quadraginta dies; quibus peractis (si placet) reponatur Oleū cum Rosis sine expressione.

Eodem modo fiunt

Oleum Absinthites, ex comarum Absinthij vnciiis quatuor & Olei libris tribus, ter repetendo comarum infusionem, & vltimā infusione addendo Succii Absinthij vncias quatuor, & coquendo leuiter ad Succii consumptionem.

Oleum Anethinum, ex Olei completi libra vna, florum & frondium Anethi vnciiis quatuor, cum triplici infusione.

Oleum de Castoreo, ex Castorei vncia vna, Olei libra vna, Vini q. s. coctis ad Vini consumptionem.

Oleum Chamæmelinum, ex oleo completo & floribus q. s. per 40. dies insolentur.

Eodem modo & Oleum è Meliloti Summitatibus.

Oleum Cheirinum, ex floribus Leucōij Lutei i. Keiri, & oleo veteri claro, vt oleum Anethinum.

Oleum Cydoniorum, ex carnis immaturæ cum cortice, & Succii Cydoniorum, ana vnciiis sex. Olei Omphacini libris tribus. Insolentur in vase vitreo per dies quindecim: tum coque vase duplici per horas quatuor: post fiat permutatio carnis & succii eorum ter: demum cola, & reconde.

Oleum Enulatum, ex Enulæ radicū contusarum, & Succii eiusdem, & Olei Amygdalarū, ana libra dimidia, Vini dulcis vnciiis tribus, coctis ad Vini consumptionem.

Oleum Euphorbij, ex Euphorbij vncia dimidia, Olei Cheirini, Vini odoriferi, ana vnciiis quinque, coctis in duplici vase ad vini consumptionem.

Oleum Formicarum *Nic.* ex Formicarum alatarum vnc. ij. & olei vnc. viij. maceratis, insolatis per dies 40. excolatis, repositis.

OLEVM

OLEVM HYPERICI.

℞ Summitatum Hyperici vncias quatuor : Macerentur in Olei Oliuarum veteris libra vna , & Vini odoriferi vnciis sex , per triduum ad Solem vel in Balnei calore, & exprimantur : Eodem modo renovetur infusio summitatum Hyperici secundâ & tertiâ vice : Vltima infusio coquatur ad vini ferè consumptionem, & exprimatur ; Expressioni adde Terebinthinæ vncias tres , Croci scrupulum vnum. Parum iterum coquatur & reponatur.

Oleum Iasminum.

Ex floribus & oleo veteri claro, vt Rosaceum.

OLEVM IRINVM.

℞ Radicum Iridis Flor. libram vnam.

Florum Liliorum alborum libram dimidiam.

Aquæ cui incoctæ sunt aliæ Iridis Flor. radices q. s.

Olei dulcis libras sex.

In vase duplici coque, radices & flores recentes iterum immitte, prioribus expressis & abiectis, vt in oleo Rosato.

OLEVM LUMBRICORVM.

℞ Lumbricorum terrestrium libram dimidiam.

Probè lauentur in vino, deinde adde

Olei Oliuarum libras duas.

Vini vncias octo.

Coque in duplici vase ad Vini consumptionem.

Oleum Sampsuchinum vel Maioranæ simplex, Ex herbæ vncias quatuor, infusis in Vini vnciis sex, & olei libra vna, cum insolatione & duabus aliis infusionibus repetitis, & tandem euaporatione Vini in Balneo.

OLEVM MASTICHINVM.

℞ Olei Rosati Omphacini libram vnam.

Mastiches vncias tres.

Vini odoriferi vncias quatuor. omnia in vase vitreato imposita, coquantur in duplici vase ad Vini consumptionem.

Oleum Menthæ. Ex herbis & oleo Omphacino, vt Rosaceum.

Oleum Myrtillorum, ex Baccharum Myrtillorum confractarum & vino adstringente aspersarum

libra vna (vt Myrtinū è foliis)
 Olei Omphacini libris tribus.
 Macerentur & insolentur per octi-
 dum ; dein coquantur & repeta-
 tur tertio Baccarum noua infusio,
 & insolatio , & coctio in vase du-
 plici : tum exprimatür Oleum &
 referuetur vsui.

OLEVM MYRRHÆ.

Aliquot oua recentia coquantur
 donec induruerint, per mediam
 longitudinem incidantur, vitel-
 li eximantur, cavitates Myrrhâ
 tritâ ad medietatem implean-
 tur ; & denuò coniungantur
 albumina, filoque parum con-
 stringantur , & craticulæ inter
 duas paropsides collocandæ
 superponantur. Tum in cella
 vinaria , vel alio loco subterra-
 neo & humido ponantur. Sic
 enim Myrrhæ liquatus humor
 in paropsidem inferiorem de-
 stillabit.

Oleum Narcissinum, Ex floribus
 & oleo , vt Rosaceum.

Oleum Nardinum simplex , Ex
 Spicæ Nardi vnciiis tribus.
 Olei dulcis libra vna semis.
 Vini , & aquæ , ana vnciiis dua-

bus cum semisse , coctis in
 duplici vase ad humoris
 consumptionem.

Oleum Nenupharinum, ex
 Olei Omphacini libra vna.
 Florum Nymphææ alb. recent.
 vnciiis quatuor, ter repetitis, vt
 in oleo Rosato.

Oleum Papaueris , ex floribus, ca-
 pitibus , & foliis Papaueris sati-
 ui, & oleo Omphacino , vt A-
 nethinum.

Oleum Rutaceum simplex, ex her-
 bis contusis & oleo maturo , vt
 Rosatum.

Oleum Sabinæ eodem modo fit
 vt Rosaceum.

Oleum Sambucinum , ex floribus
 & oleo, vt Rosatum.

Oleum Scorpionum simplex , ex
 Scorpionibus numero tri-
 ginta.

Olei Amygdalarum amararum
 libris duabus.

Macerentur per dies quadraginta
 loco calido, in vase vitreo insolentur,
 colentur, reponantur.

Oleum Sicyonium , ex radicum
 Cucumeris agrestis , & succi
 eiusdem , ana vnciiis sex.

Olei

Olei Oliuarum maturarum
libra vna, coctis in duplici
vase ad succi consumptionem.

Oleum Solani, ex baccarum
Solani maturarum vnciis
quatuor, coctarum in olei
libra vna.

Oleum de Styrace, ex olei Oliua-
rum libra vna.

Styracis vnciis tribus.

Vini q. s. coque post sufficien-
tem macerationem ad vini
consumptionem.

Oleum Verbenaceum, ex herba &
oleo, vt oleum Menthae.

Oleum Violaceum, ex oleo Oliua-
rum Omphacino, & floribus
Violarum, vt Rosatum.

OLEA COMPOSITA.

OLEVM APARICII BE-
NEDICTVM. Hier. Fabr. ab Aq.
pentateuch. l. 2. c. 7.

℞ Olei vetustissimi vncias tres:
Terebinthinae purae vncias octo.
Tritici puri sesquivnciam.
Flor. Hyperici vncias duas.
Rad. Cardui benedicti.
Valerianae, ana vnciam.
Thuris puluerizati vncias duas.
Radices & herbae crasso modo
contundantur, in olla ponantur,
tantum Vini albi superfundatur,
vt Vino mergantur omnia: facta
per biduum infusione, Oleum
& Triticum adjiciuntur, & co-
quantur omnia ad vini consum-
ptionem. Facta forti expressione
additur Terebinthina & Thus;
finuntur parum bullire iterum;
seruantur vase vitreo.

OLEVM DE CAPP A-
RIBVS.

℞ Corticum Radicum Capparum
vnciam vnam.
Cortic. Tamarisci.
Folior. Tamarisci,
Sem. Agni Casti,
Cetrach siue Aspleni,
Radic. Cyperi, ana drachmas
duas.
Rutae drachmam vnam.
Olei Oliuarum maturi libram
vnam.
Aceti albi fortis,
Vini albi, ana vncias duas.
Trita & macerata aliquandiu, le-
uiter coquantur in duplici vase
vsque ad consumptionem Vini &
Aceti: exprimantur, colentur, re-
ponantur.

OLEVM

OLEVM DE CASTOREO,
IACOBI de MANLIIS.

℞ Castorei,
 Styracis Calamitæ,
 Galbani,
 Euphorbij,
 Casiæ lignæ,
 Croci,
 Opopanacis,
 Carpobalsami, sive Cubebarū,
 Spicæ Nardi,
 Costi, ana drachmas duas.
 Cyperi,
 Schœnanthūs,
 Piperis longi,
 nigri,
 Sabinæ,
 Pyrethri, ana drachmas duas
 semis.
 Olei libras tres.
 Vini Hispanici libras duas.

Galbanum, & Opopanax in Vino
 scorsim dissoluantur, deinde reli-
 qua omnia contusa, cum oleo &
 vino coquantur in duplici vase,
 postea colentur, ac dissolutum ex-
 pressumq; Galbanum cum Opo-
 panace, oleo affundatur, & iterum
 coquantur, sæpius miscendo, vt
 Galbanum & Opopanax in vasis
 fundo subsidentia oleo commisce-
 antur. Styrax autem per se dissol-
 uatur in vino. Adde postea Tere-
 binthinæ drachmam vnam semis,
 quò meliùs. Styrax oleo commi-
 sceri possit.

OLEVM COSTINVM,
M E S.

℞ Costi amari vncias duas.
 Casiæ lignæ vnciam vnam.
 Summitatum Sampsuchi vn-
 cias octo.
 Trita macerentur biduo in Vini
 q. s. deinde cum olei oliuarum.
 Vino loti libris tribus coquantur
 in duplici vase ad consumptionem
 Vini s.a.

OLEVM CROCINVM,
M E S.

℞ Croci vnciam vnam.
 Myrrhæ puræ vnciam dimi-
 diam.
 Cardamomi drachmas nouem.
 Calami aromatici vnciam vnā.
 Infundatur omnia in aceto, (præ-
 ter Cardamomū) diebus quinque,
 sexto projiciatur super ea Carda-
 momum, & stent simul per diem
 vnum: mane sequenti adde libram
 vnam semis olei, & coquantur
 lento igne ad aceti consumptionē
 secundum artem. Sunt qui po-
 nunt Vinum loco Aceti.

OLEVM DE EUPHORBIO
COMPOS.
NIC.

℞ Staphidis agriæ,
 Struthii, vel Saponariæ, ana vn-
 ciam

ciam dimidiam.
 Pyrethri drachmas sex.
 Calaminthes montanæ siccae
 vnciam vnam semis.
 Costi drachmas decem.
 Castorei drachmas quinque.
 Trita, triduoque macerata in Vini
 odori libris tribus semis coquan-
 tur cum olei Leucoij lutei libra
 vna semis, ad Vini ferè consump-
 tionem, tunc insperge
 Euphorbij recentis & albi tenu-
 issimè triti vnciam dimidiam.
 & miscendo coque ad perfectio-
 nem.

**O L E V M E X-
 CESTRENSE**, vulgò EX-
 C E T E R dictum.

℞ Folior. Absinthij,
 Centaurij minoris,
 Eupatorij,
 Fœniculi,
 Hyssopi,
 Lauri,
 Maioranæ,
 Melissæ,
 Nepetæ,
 Pulegii,
 Sabinæ,
 Saluiæ,
 Thymi,
 Flor. Chamæmeli,
 Genistæ,
 Liliorum alborum,

Sambuci,
 Sem. Cymini,
 Fœnuigræci,
 Radicum Hellebori albi,
 nigri,
 Corticum Fraxini,
 Limonū, ana vncias
 quatuor.
 Foliorum Abrotoni,
 Betonicæ,
 Iuæ arthriticæ, i.
 Chamæpityos,
 Lauendulæ, ana vn-
 cias sex.
 Rorismarini libram
 vnam.

Euphorbij,
 Sinapeos,
 Castorii,
 Pyrethri, ana vnciam vnam.
 Olei libras sedecim.
 Vini libras tres.

Contusis herbis, floribus & semi-
 nibus, & Euphorbio, & incisis
 radicibus, corticibus & Castorio
 affusis Vino & Oleo, stent per
 duodecim horas ad Balnei calo-
 rem, postea coquantur igne lento
 ad Vini & humoris consumpti-
 onem; Coletur & seruetur vsui
 Oleum.

O L E V M H Y R V N D I N V M.

℞ Hirundinum integrarum nu-
 mero sedecim.

Cha.

Chamæmeli,
 Rutæ,
 Plantaginis maioris,
 minoris,
 Folior. Lauri,
 Pulegij,
 Anethi,
 Hyssopi,
 Rorismarini,
 Saluïæ,
 Hyperici,
 Balsamitæ, ana manipu-
 lum vnum.

Olei communis libras qua-
 tuor.

Vini Hispanici libram vnam.

Confice s. a. Si vero tantum Bu-
 tyri Maialis accipiatur quantum
 olei, & prædicta cum eo coquan-
 tur, Vnguenti & nomen, & consi-
 stentiam acquirat.

OLEVM HYPERICI COMP.

Seu

BALSAMVM MAGISTRALÉ FLORENT.

℞ Vini albi potentis libras tres.

Summit. Hyperici maturarum
 manipulos quatuor.

Tere, Macera in vase vitreo, obtu-
 rato eius orificio per duos dies,
 coque in duplici vase, & fortiter
 exprime; in Colaturam injice
 alios flores, vt dictum est, & tertio
 idem facito, dein colato, & ad sin-

gulas collaturæ libras, adde
 Olei veteris libras quatuor.
 Terebinthinæ vncias sex.
 Olei Absinthij vncias tres.
 Dictamni,
 Gentianæ,
 Cardui benedicti,
 Tormentillæ,
 Carlinæ, vel Cardui Mariæ,
 Calami aromatici, ana drach-
 mas duas.
 Lumbricorum pluries in Vino
 lotorum vncias duas.

Terantur crassiusculè terenda, &
 insolentur triginta aut quadragin-
 ta diebus, & benè obturatum re-
 ponas.

OLEVM IRINVM COM- POSIT. NICGL. ALEX.

℞ Olei veteris libras quindecim.
 Aquæ libras quatuor & dimi-
 diam.
 Radic. Iridis Flor. libras tres &
 vncias quatuor.
 Flor. Liliorum alborum vncias
 quindecim.
 Radic. Cyperi recentium vncias
 sex.
 Helenij vncias tres.
 Anchusæ vncias duas.
 Cinnamomi,
 Spicæ Nardi,

Asæ

Afæ odoratæ, seu Benzoini, ana
vnciam vnam.

Contundantur radices & aliæ spe-
cies, & macerentur in oleo & a-
qua diebus quinque ad Solem vel
loco calido, postea in duplici vase
coquito, donec aqua consumpta
fuerit, refrigerescere finito, colato,
exprimito, & reponito.

OLEVM MAIORANÆ

Seu

SAMPŪCHI COMPOS.

ACTVARI.

℞ Foliorum SampŪchi manipul.
quatuor.

Serpylli manipul. duos.

Fol. Myrti vel Baccarum mani-
pulum vnum.

Abrotoni,
Sisymbrij seu Mēthæ aquaticæ,
ana manipul. dimidium.

Casīæ lignæ veræ vncias duas.

Olei Omphacini libras tres.

Concidantur & contundantur
omnia, ac imponantur in vitrum,
ac Oleum affundatur: tum obstru-
cto vasis orificio, macerentur ad
Solem, vel in æstuario diebus o-
cto. Tandem exprimantur, &
Oleo expresso infundantur recen-
tes species, quod tertio est repe-
tendum.

OLEVM MANDRAGORÆ,
NICOLAI.

℞ Olei communis libras duas.

Succi Pomorum Mandragoræ,
vel (eius defectu) foliorum
vncias quatuor.

Succi Hyosciami albi vncias
duas.

Succi capitum Papaueris nigri
vncias tres.

Succi Violarum,

Cicutæ, ana vnciam vnā.

Opij,

Styracis Calamitæ, ana vnciam
dimidiam.

Succi cum Oleo decem diebus ad
solem macerentur, deinde coquan-
tur in duplici vase ad succorum
consumptionem; Cola; Opium
dissoluatur in succis, & Styrax dis-
soluatur cum modico Terebin-
thinæ, probè misce s. a.

OLEVM MOSCHE-

LINVM.

℞ Nuces Moschatas numero
duas.

Moschi drachmam vnam.

Folij, seu Macis,

Spicæ Nardi,

Costi,

Mastiches, ana drachmas sex.

Styracis Calamitæ,

Casīæ Lignæ,

P

Myrrhæ

Myrrhæ,
 Croci,
 Cinnamomi,
 Caryophyllorum,
 Carpobalsami, vel Cubebarū,
 Bdellij, ana drachmas duas.
 Olei puri libras tres.

Vini generosi vncias tres.

Terenda ex arte trita, atque confusè mista, bulliant ad Vini dissipationem. Percolatum oleum vsui reseruetur.

OLEVM NARDINVM,

M E S.

℞ Spicæ Nardi vncias tres.
 Sampsuchi vncias duas.
 Xyloaloes,
 Enulæ,
 Folij Indi vel Macis,
 Calami aromatici,
 Folior. Lauri,
 Cyperi,
 Schoenanthûs,
 Cardamomi, an. vnciam vnam
 semis.

Crassiusculè terantur, deinde in Vini & Aquæ ana vnciis quatuordecim, & Olei Sefamini, vel Oliuarum libris quatuor semis macerentur per horas viginti quatuor deinde coque in vase duplici igne lento horis sex, persæpe mouendo.

OLEVM NICODEMI,
 Fallop. mat. med. in prim.
 Dioscorid. c. 19.

℞ Sem. (seu summit.) Hyperici,
 Terebinthinæ antiq. ana librâ
 vnam.

Lithargyri drachmas sex.

Aloes hepaticæ,

Tutiæ Alex. ana drach. tres.

Croci vnciam vnam.

Vini albi optimi libras quatuor.

Olei antiqui libras duas.

Bulliant omnia simul in duplici vase, donec pars quarta consumatur, demùm sepeliantur in arena diebus Canicularibus per dies decem: postea per pannum candidum cola, separa Vinum ab Oleo, & vtrumque separatim serua.

OLEVM NICOTIANÆ.

℞ Succij Peti, seu Nicotianæ,

Olei communis, ana libram vnam.

Macerentur, & coquantur ad succij consumptionem.

OLEVM

OLEVM DE PIPERIBVS,

M E S.

℞ Piperis longi,
nigri,
albi, ana drachmas tres.

Myrobal. { Chebularum,
Belliricarum,
Emblicarum,
Indarū, ana drach-
mas quinque.

Radic. Apij,
Fœniculi, ana drachmas
tres.

Sagapeni,
Opopanacis,
Ammoniacy,
Hyoscyami albi, ana drachmas
duas semis.

Turpeti drachmas duas.
Zingiberis drachmas tres.
Surculorum Thymi recentium,
Rutæ viridis, ana manipulum
vnum.

Macerentur secundum artem in f.
q. Aquæ vitæ & Olei Cheirini li-
bris duabus, deinde coque ad con-
sumptionem Aquæ vitæ.

OLEVM POPVLEVM,
NICOL.

℞ Gemmarum Populi recent. li-
bras tres.

Vini libras quatuor.

Olei com. libras septem vncias
duas.

Terantur diu Gemmæ Populi;
diebus septem in Oleo & Vino
macerentur; demum coquantur
vase duplici ad Vini consumptio-
nem: si secundo & tertio, est effi-
caciùs. Tandem exprimatur Ole-
um & reponatur.

OLEVM VVLPINVM,

M E S.

℞ Vulpem (quâ fieri potest) pin-
guem, ætatis mediæ, venatu
defatigatam, recenterque occi-
sam, mox & exenteratam, de-
tractâque pelle, nec non ossibus
diligenter confractis, in partes
plures conscissam. Decoque
in

Vini albi &

Aquæ Fontanæ ana libris sex

Ad medietatem vsque, nec sine di-
ligenti despumatione in cocturæ
principio: tum demum admisce

Olei antiqui dulcissimi libras
quatuor.

Salis communis vncias tres,

Florum Salviæ,

Thymi, ana libram vnam.

Procedatque coctio ad totius aquæ
ferè consumptionem, mox affun-
dantur


Aquæ impregnata,

(Anethi,


Thymi, an. manipulo vno pleno incocto,) libræ octo.

Denuò inuicem coquantur om-

nia lento igne ad consumptionem aquæ : Oleumque ab aquositate post colaturam, infundibulo separatum, vsui referuetur.



VNGVEN.





V N G V E N T A

S I M P L I C I O R A .

V N G V E N T V M · A L B V M

R H A S I S .

℞ Olei Rosacei vncias nouem.
 Cerussæ bonæ in aqua Rosarū
 lotæ vncias tres.
 Ceræ albæ vncias duas.
 Fiat vnguentum secundum artem.
 Adde Camphoræ drachmas
 duas, & erit Camphoratū.

V N G V E N T V M Æ G Y P ·

T I A C V M ,
M E S .

℞ Æruginis drachmas quinque.
 Mellis drachmas quatuorde-
 cim.
 Aceti fortis drachmas septem.
 Coquantur omnia simul, donec
 fiat vnguentum spissum & colore
 subrubeum.

V N G V E N T V M

A N O D Y N V M ,
E X C O R D O .

℞ Olei Liliorum alborum vncias
 sex.

Anethini,
 Chamæmelini, ana vncias duas.

Amygdalarum dulcium vnciam
 vnam.

Pinguedinis Anatis,
 Gallinæ, ana vncias duas.

Ceræ albæ vncias tres.

Misce secundum artem.

V N G V E N T V M

S i u e L I N I M E N T V M ,
A R C E I . I . I . C . 4 .

℞ Gummi Elemi,
 Terebinthinæ Abietinæ, ana
 vnciam vnam semis.

Seui Veruecini antiqui,
 & liquefacti, vncias duas.
 Pinguedinis Porcinæ,
 antiquæ, & liquefactæ,
 vnciam vnam.
 Misce, fiat Vnguentum s. a.

VNGVENTVM AVREVM.

M E S.

℞ Cerae Citrinæ libram dimidiam.
 Olei libras duas semis.
 Terebinthinæ vncias duas.
 Resinæ pineæ,
 Colophonix, ana vnciam v-
 nam semis.
 Thuris,
 Mastiches, ana vnciam vnam.
 Croci drachmam vnam.
 Confice secundum artem.

VNGVENTVM BASILI-
CON MAIVS,*M E S.*

℞ Cerae albæ,
 Resinæ Pini,
 Seui Vaccini,
 Picis Græcæ,
 Terebinthinæ,
 Olibani,
 Myrrhæ, ana vnciam vnam.

Olei libram vnam, aut quanti-
 tatem sufficientem.
 Misce, fiat vnguentum.

VNGVENTVM BASI-
LICON MINVS,

Seu

TETRAPHARMACVM.

M E S.

℞ Cerae flauæ,
 Resinæ pinguis,
 Picis Græcæ, ana libram dimi-
 diam.
 Olei libras duas, vncias qua-
 tuor.
 His duntaxat liquatis & permix-
 tis fiat vnguentum iustæ confi-
 stentiæ.

VNGVENTVM ex BDELLIO.

M E S.

℞ Bdellij drachmas sex.
 Euphorbij,
 Sagapeni, ana drachmas qua-
 tuor.
 Castorei drachmas tres.
 Cerae drachmas quindecim.
 Olei Sambucini, vel Cheirini
 drachmas decem.
 Bdellium & Sagapenum in aq.
 Rutæ agrestis dissoluantur: cætera
 cum aq. calida vniantur.
 Fiat vnguentum s. a.

VNGVENTVM DE CALCE.
FOESII.

℞ Calcis septies saltem ablutæ se-
libram.

Olei Rosati libram.

Agitentur probè in mortario
plumbeo, adde Cera tres uncias.

VNGVENTVM DIALTHÆÆ
SIMPLEX.
NICOLAI.

℞ Radic: Althææ recentium, &
contusarum libras duas.

Sem. Lini,

Fœnuçræci contusorum,
ana libram vnam.

Maceretur in aquæ libris octo.

Deinde leuiter coquantur, &
exprimatur Mucilago, cuius

℞ Libras duas, & Olei libras qua-
tuor.

Bulliant simul, dum Mucilago sit
absumpta, ac tum adde

Cera libram vnam.

Resinæ libram dimidiam.

Terebinthinæ uncias duas.

Percoquantur in vnguenti confi-
stentiam.

VNGVENTVM DIALTHÆÆ
COMPOSITVM,
NICOLAI.

℞ Radic. Althææ libras duas.

Sem. Lini,

Fœnuçræci, ana libram vnâ.

Scillæ pulpæ libram dimidiam.

Olei libras quatuor.

Cera libram vnam.

Terebinthinæ,

Gum. Hederæ,

Galbani, ana uncias duas.

Colophonix,

Resinæ, ana libram dimidiam.

Radices benè abluantur & te-

rantur; similiter Fœnuçre-

cum, Sem. Lini & Scilla, &

cum benè trita fuerint, po-

steà in libris octo aquæ per

tres dies macerentur, quar-

to die super ignem bulliant,

& extrahatur Mucilago,

cuius

℞ Libras duas: & cum oleo simul

bulliant ad succi consumpti-

onem. Postea addatur, Cera,

Resina, & Colophonia, quæ

cum liquefacta fuerint, adde

Terebinthinam, postea Gal-

banum, & Gum. Hederæ in

aceto dissoluta.

Coque parumper, & ab igne re-

moveatur, tamdiu agitando

donec infrigescat, & vt benè

incorporentur omnia.

VNGVENTVM ENV-
LATVM.

℞ Radic. Enulæ, dum emollescant
in aceto coctarum, tri-

P 4

tarum,

tarum, cretarum, libram
vnam.

Axungia Porcinæ, vet. salitæ,
libram vnam.

Olei communis vncias qua-
tuor.

Ceræ nouæ vncias duas.

Salis communis vnciam vnam.

Hydrargyri saliuâ vel suc. limo
extincti,

Terebinthinæ residuo coct. E-
nulæ lotæ, ana vncias duas.

Simul Axungia, Cera, & Oleum
liquefiant. His adde pulpam Enu-
læ, & Salem puluerizatum: tan-
dem Hydrargyrum cum Terebin-
thina, & pauca Axungia in mor-
tario agitatione multâ re-extinctû.
Fiat vnguentum s. a.

Parari etiam debet sine Mercurio.

VNGVENTVM DIAPOM-
PHOLYGOS NIHILI,
NICOLAI.

R Olei Rosacei vncias sedecim.

Succi Solani vncias sex.

Bulliant ad Succi consumptio-
nem, adde

Ceræ albæ vncias quinque.

Cerussæ lotæ vncias duas.

Plumbi vsti & loti,

Pompholygos præparatæ,

Thuris puri, ana vnciam vnam.

Redigantur in Vnguenti formam
secundùm artem.

VNGVENTVM REFRIGE-
RANS,
GALENI.

Ceratum etiam dicitur.

R Ceræ albæ vncias quatuor.

Olei Rosati Omphacini libram
vnam.

Liquentur in duplici vase, & transfusa in vas aliud, sensim affusâ aquâ frigidissimâ, ac subinde mutatâ, diu subigantur donec albescant, postremò lauabis in Aqua Rosarum, & addes

Aceti Rosacei & aq. Rosaceæ parum.

VNGVENTVM DE MINIO
Seu
RVBRVM CAMPHO-
RATVM.

R Olei Rosacei libram vnam se-
mis.

Minij vncias tres.

Lithargyri vncias duas.

Cerussæ sesqui vnciam,

Tutiæ drachmas tres,

Camphoræ drachmas duas.

Ceræ in æstate vncias duas,

in Hyeme vnciam vnam.

Fiat Vnguentum in pila plumbea cum pistillo plumbeo; Cerâ prius in Oleo liquatâ ad lentum ignem; postea reliquis adiectis tenuissime tritis.

VNGVENTVM NICOTI-
ANÆ seu PETI,
IOVBERTI.

℞ Folior. Nicotianæ libras duas.
Axungia Porcinæ recentis di-
ligenter lotæ libram vnam.
Herba trita maceretur per noctē
in Vino rubro; manè bulliat
igne lento cum Axungia ad
Vini consumptionem, Cola
& colaturæ adde

Succi Nicotianæ depurati li-
bram dimidiam.

Resinæ abiegnae vncias qua-
tuor.

Coquantur ad succi consumptio-
nem, addendo circa finem,

Radic. Aristolochiæ rotun-
dæ puluerisatæ vncias
duas.

Ceræ nouæ q. s. fiat Vng.

NVTRITVM seu CRVDVM,
seu è LITHARGYRO seu
TRIPHARMACVM,
M E S.

℞ Lithargyri auri tenuissimè læui-
gati libram dimidiam.

Olei Rosati libram vnam.

Aceti vncias quatuor.

Affunde vicissim modo Oleum,
modò Acetum, & agita in morta-
rio tandiù donec totum liquo-
rem ebiberit Lithargyrus. Fiatque
consistentia Vnguenti albid.

VNGVENTVM OPH-
THALMICVM,

℞ Boli Armeni in aqua Rosarum
loti vnciam vnam.

Lapidis Calaminaris in aqua
Euphragiæ abluti,

Tutia præparatæ, ana drachm.
duas.

Margaritarum tenuissimè læui-
gatarum drachmam dimi-
diam.

Caphuræ scrupulum dimidiū.

Opij grana quinque.

Vnguenti Rosacei vncias quin-
que. Et Olei Rosacei q. s.

Fiat Vnguentum s. a.

LINIMENTVM GVIL.
PLACENTINI
SIMPLEX.

℞ Cerusæ lotæ vncias octo.

Ceræ albæ vncias septem.

Lythargyri loti,

Succi Solani, ana vncias quin-
que.

Thuris puluerisati drachmas
decem.

Olei Rosacei pluries in aqua
simplice loti libras duas.

Misce, fiat Linimentum.

VN.

VNGVENTVM è PLVMBO,

F O E S.

℞ Plumbi vsti cum Sulphure,
Lythargyri, ana vncias duas.
Cerufæ,
Antimonij, ana vnciam vnam.
Olei Rosati q. s.

Fiat Vnguentum.

Elimatam Plumbi scobem in olla
Sulphure exurito.

POMATVM, SEVVM

CONFECTVM. Amat.

Lusitan. sine Speciebus.

℞ Adipis Ceruini, vel Hædini ad
renes, libras duas.

Pinguedinis Suillæ recentis li-
bram semis.Pomorum Camusiorū mund.
incis. numero octo,

Pinguedines membranis purgatas
Vino albo abluito, panno lineo
exprimito; in olla vitreata aquâ
Rosaceâ semiplena infundito,
prunis lenibus admoueto, ba-
cillis agitato, feruere permittito,
aquositas dum ferè consuma-
tur. Residuum in vase fictili
Rosaceâ insperso per rarum lin-
teum percolato. Colatis addito
Olei Amygdalarum dulcium
vncias sex.

Ceræ albæ vncias quatuor.

Ad ignem liquefacta recolato; Ro-
faceâ abluta reseruato.

VNGVENTVM POTABILE

EX F O E S.

℞ Butyri recentis sine sale libram
vnam semis.

Rubixæ tinctorum,

Castorei,

Spermatis Ceti,

Radic. Tormentillæ, ana vnciâ
dimidiam.

Bulliant simul in Vini odorati q. s.
ad Vini consumptionem, & fiat
Vnguentum.

VNGVENTVM

A D

PRVRITVM SCABIO-

SORVM,

R E N O D A E I.

℞ Axungixæ Suillæ in succo Scabi-
osæ sæpiùs lotæ libram dimi-
diam.

Radicis Oxylapathi in aceto ad
putrilaginem coctæ, & per se-
taceum traiectæ,

Sulphuris in succo Limonum
abluti, ana vnciam vnâ semis.

Vnguenti Populnei in succo E-
nulæ nutriti vnciam dimidiâ.

Omnibus in mortario subactis fiat
Vnguentum s. a.

VN.

VNGVENTVM ROSATVM,
M E S.

℞ Axungia Porcinæ, membranis
expurgatæ, libram vnam, la-
uetur nouies aquâ calidâ, &
deinde toties aquâ frigida,
deinde additâ

Rosarum rubrarum recentium
contusarum librâ vnâ,
finatur marcescere per diés septem,
deinde coquatur lento igne & co-
letur: rursus cum pari admistione
Rosarum recentium contusarum
totidem diés marcescat: tum co-
quatur & coletur vt antè, tandem
affunde succi rosarum rubrarum
vncias sex.

Coque igne lento ad succi con-
sumptionem: coletur: fiat Vnguen-
tum secundùm artem.

VNGVENTVM RVBRVM,
DESICCATIVVM,
NICOLAI.

℞ Olei Rosati Omphacini libram
vnam semis.

Ceræ albæ vncias quinque.
Liquatis insperge, in plumbeo
mortario

Terræ Lemniæ, vel Boli Ar-
meni,
Lapidis Calaminaris, tritorum

exquisite, ana vncias qua-
tuor.

Lithargyri auri,
Cerussæ, ana vncias tres.

Caphuræ drachmam vnam.

Fiat Vnguentum s. a.


VNGVENTVM TUTIÆ
VVLGARE.

℞ Tutia præparatæ vncias duas.

Lapidis Calaminaris sæpiùs
vsti, & in aqua Plantaginis
extincti vnciam vnam.

Pulueriscentur tenuissimè, &
cum Axungia Porcinæ sæpiùs in
aqua rosacea lotæ libra vna semis
Fiat Vnguentum.

Paratur etiam cum Vnguento ro-
saceo, loco Axungia.

VNGVENTA MAGIS
COMPOSITA.VNGVENTVM ADSTRIN-
GENS.
FERNELII.

℞ Olei Rosati in aqua aluminosa
sæpiùs loti libram vnam se-
mis.

Ceræ albæ vncias quatuor.

Gallarum

Gallarum immaturarum.

Nucum cupressi,

Baccarum Myrti,

Balauftiorum,

Malicorij,

Corticum glandium,

Acaciæ,

Rhois,

Mastiches, ana vnciam vnam.

Omnia exquisitissimè trita mace-
rentur in succis Mespilorum &
Sorborum immaturorum per dies
quatuor, deinde siccentur igne
non acri, sicque cum Oleo &
cera fiat Vnguentum secundum
artem.

VNGVENTVM AGRIPPÆ,
NICOLAI.

℞ Radic. Bryoniæ libras duas.

Radic. Cucumeris Agrestis li-
bram vnam.

Scillæ laminarum libram dimi-
diam.

Radic. Ireos recentis vncias
tres.

Radic. Filicis maris.

Ebuli,

Tribuli aquatici, vel ari ana
vncias duas.

Tusa omnia recentia maceientur
diebus sex vel octo in Olei albissi-
mi non rancidi libris quatuor.

Coquantur deinde igne lento,
donec radices incipiant marcesce-
re, postea exprimantur, & in ex-

presso oleo, Cera albissimæ vnciæ
quindecim liquefiant, & reducan-
tur in Vnguenti consistentiam.

VNGVENTVM DE ALA-
BASTRO. BEN. VICT.
FAVENT.

℞ Succis Chamæmeli vncias qua-
tuor.

{ Rosarum rubrarum vn-
cias duas.

Succis Rutæ recentis.

{ Betonicæ, ana vnciam
vnam semis.

Succis Radic. Althææ vncias
duas.

Olei Rosacei Omphacini librâ
vnam semis.

Alabastris puri subtilissimè pul-
uerisati vncias tres.

Infundantur per noctem, deinde
coquantur ad succorum consum-
ptionem, & cum Cera albæ vnciis
sex fiat Vnguentum secundum
artem.

VNGVENTVM APOSTO-
LORVM,
AVICEN.

℞ Terebinthinæ,

Resinæ,

Cera albæ,

Ammoniacy, ana drachmas
quatuordecim.

Radic. Aristolochiæ longæ,

Thuris

Thuris masculi,
 Bdellij, ana drachmas sex.
 Myrrhæ,
 Galbani, ana vnciam dimidiã.
 Opopanacis,
 Floris æris, ana drachmas duas.
 Lithargyri drachmas nouem.
 Olei (si æstas fuerit) libras duas,
 (Sin Hyems) libras tres.
 Aceti q. s. ad Ammoniacum,
 Opopanacem, & Galbanum
 dissoluenda.
 Confice secundum artem.

VNGVENTVM AREGON,
 ADIVTORIVM.
 NICOLAI.

℞ Rorismarini,
 Maioranæ,
 Serpylli,
 Rutæ,
 Radic. Ari,
 Radic. Cucumeris Agrestis, ana
 vncias quatuor semis.
 Fol. Lauri,
 Saluiæ,
 Sabinæ,
 Radic. Bryoniæ,
 Pulicariæ, i. Conizæ maioris.
 & minoris, (& in defectu
 minoris accipe duplū ma-
 ioris) ana vncias quatuor.
 Laureolæ vncias nouem.
 Fol. Cucumeris Asinini,
 Nepetæ, ana libram dimidiam.
 Omnia Mense Maio Collecta &

expurgata tundantur recentia, &
 macerentur diebus septem in olei
 optimi libris sex, affusâ aquæ Vitæ
 librâ vnâ : deinde coquantur dum
 contabescant, & dum consumpta
 sit aqua. Oleum percoletur, in quo
 liquentur,

Ceræ vnciæ sedecim.
 Adipis Vrsini,
 Olei Laurini, ana vnciæ tres.
 Olei Mosehelini vncia dimi-
 dia.
 Petrolei vncia vna.
 Butyri vnciæ quatuor.

Coagitatis demum hi pulueres in-
 spergantur,

Mastiches,
 Olibani, ana drachmæ septem.
 Pyrethri,
 Euphorbij,
 Zingiberis,
 Piperis, ana vncia vna.

Omnia in Vnguenti formam redi-
 gantur secundum artem.

VNGVENTVM è SVCCIS
 APERITIVIS PRIMVM,
 FOESII.

℞ Succij Apij,
 Endiuæ,
 Menthæ,
 Absinthij,
 Petroselini vulgaris,
 Valerianæ, ana vncias tres.
 Olei Absinthij,
 Menthæ, ana libram dimi-
 diam.

Q Ceræ

Ceræ Citrinæ vncias tres.
 Misce, & ad ignem fiat Vnguentū
 Additur quandoque Pulueris
 Calami Aromatici,
 Spicæ Nardi, ana drachma vna.
 Olei Capparum aliquid.

VNGVENTVM APERI-
 TIVVM SECVNDVM,
 FOESII.

℞ Succi Ebuli vncias octo.
 Apij,
 Petroselini, ana vncias
 quatuor.
 Succi Absinthij,
 Ireos, ana vncias quinque.
 Olei communis libram dimi-
 diam.
 Olei Liliorum alborum vncias
 decem.
 Olei Absinthij,
 Chamæmeli, ana vncias
 sex.
 Pingued. Anatis,
 Gallinæ, ana vncias duas.
 Coquantur omnia simul ad con-
 sumptionem Succorum; postea
 colentur, & cum Ceræ albæ vn-
 ciis septem, & pauxillo Aceti pare-
 tur Vnguentum s. a.

VNGVENTVM DE ARTA-
 NITA MAIVS,
 MES.

℞ Succi Artanitæ, id est, Cyclami-

nis, vel eius defectu decocti
 radicum fortis libras tres.

Succi Cucumeris agrestis,
 Butyri vaccini, ana libram vnā.
 Olei Irini libras duas.
 Pulpæ Colocynthidos vncias
 quatuor.

Polypodij vncias sex.

Euphorbij vnciam dimidiam.

Contundenda terantur, & mace-
 rentur in succis, & oleis per dies
 octo in vase vitreato bene obtura-
 to: postea coquantur in duplici
 vase ad succorum ferè consumpti-
 onem: Cola, colaturæ adde

Ceræ vncias quinque,
 Fellis Taurini drachmas septem
 semis.

Feruefiant simul, donec Cera li-
 quefcat, & adde

Sagapeni drachmas septem se-
 mis.

Myrrhæ drachmas tres.

In aceto dissoluta agitentur simul,
 donec parùm infrigescant, & tunc
 insperge paulatim puluerem sub-
 sequentium medicamentorum si-
 mul mixtorum,

Scammonij,

Aloes,

Colocynthidos,

Mezeræi foliorum, vel baccarū.

Turpeti, ana drachmas septem
 semis.

Salis gemmæ drachmas qua-
 tuor semis.

Euphorbij,

Piperis longi,

Zingiberis,

Zingiberis,
Chamæmeli, ana drachm. tres.
Misce, fiat Vnguentum s. a.

VNGVENTVM CATA-
PSORAS.

℞ Cerussæ, in aqua Portulacæ
prius lotæ, deinde in aceto, ra-
dicum Raphani sylvestris infu-
sarum succis imprægnato, & ab
iisdem expresso:

Lapidis Calaminaris,
Chalciteos, ana drach-
mas sex.

Lithargyri plumbi vncias duas.
Plumbi vsti,
Sanguinis Hirci, ana semiunci-
am.

Argenti viui sublimati vnciam
vnam.

Succor. Semperuiui,
Solatri,
Plantaginis, ana vnci-
as duas.

Axungia Porcinæ à pelliculis
mundatæ libras tres.

Oleorum Violarum,
Papaueris,
Mandragoræ, ana vn-
ciam vnam.

Misceantur, & benè incorporen-
tur prius Sublimatū & Axungia,
deinde addantur Olea cum Succis,
& postremò pulueres, vt ex omni-
bus diligenter inuicem commistis,
fiat s. a. Vnguentum.

VNGVENTVM CITRINVM,
Seu
CITRIVM.
NICOLAI.

℞ Boracis vnciam vnam.

Caphuræ drachmam vnam:
Corallij albi vnciam dimidiam:
Amenti vel Gypsi, vel Aluminis
plumosi vnciam vnam.

Vmbilici marini, seu belirici,
Tragacanthæ albiss.

Amyli, ana drachmas tres.

Crystalli,

Entalis,

Dentalis,

Olibani, i. Thuris albiss.

Nitri,

Marmoris albi, ana drachmas
duas.

Gersæ Serpent. ex radic. Dra-
cuntij factæ vnciam vnam:

Cerussæ vulgaris vncias sex.

Adipis Suilli recentis, non saliti,
mundi, libram vnam semis.

Seui Caprini præpar. vnciam
vnam semis.

Adipis Gallinacei vncias duas
semis.

Redigantur puluerizanda in pul-
uerem subtilissimum s. a. plurima
verò per se. Conficiatur Vnguen-
tum sic: Adipem Suillum & Galli-
naceum mundatum, immitte in
ollam fictilem vitreatam stricti o-
rificij, quibus imponantur Citria
mala duo, mediæ magnitudinis,
vnà cum pulpa & succo interiõri
Q 2 frustulatim

frustulatim incisa: cooperiatur vas & collocetur in Balneo calido per dies septē, deinde excolentur Citria, liquefactoque Seuo Caprino sensim inspergantur pulueres, Caphura verò & Borax vltimo injicienda erunt, probè agitando donec Vnguenti formam acquirat.

VNGVENTVM COMITISSÆ,
V A R I G N A N A E.

℞ Cortic. medianorum,
Glandium,
Castanearum,
Quercus arboris.
Fabarum,
Paccarum Myrti,
Caudæ Equinæ,
Gallarum,
Acinorum Vuarum,
Sorborum immatur. siccorum,
Mespillorum immaturorū sicc.
Folior. Pruni sylvestris,
Radic. Bistortæ,
Tormentillæ ana vnciam
vnam semis.

Terantur crassiuscule & coquantur in Aquæ Plantaginis libris octo, donec pars media consumpta fuerit, colentur. deinde,

℞ Cerae citrinæ nouæ vncias octo semis, dissolue cum Olei Myrtini simplicis libris duabus semis, & lauetur nouies cum decoctione prædicta semper nouâ decoctionem affundendo quo-

tiescunque laueris. Postea insperge sequentium, tenuissimū puluerem.

℞ Corticum Medianorum,
Glandium,
Castanearum,
Quercus arboris,
Gallarum, ana vnciam vnam,
Succi Hypocistidos,
Cineris ossium cruris bubuli,
Paccarum Myrti,
Acinorū Vuarū immaturarum.
Sorborum immat. siccorum,
ana vnciam dimidiam.
Trochiscorum de Carabe vncias duas.

Misce & cum prædicta Cera & Oleo Myrtino lotis, addendo Olei Mastichini non loti q. s. fiat Vnguentum bonæ consistentiæ s. a.

VNGVENTVM AD HÆ-
MORRHIDAS,

℞ Amyli albiss.
Cerussæ lotæ,
Lithargyri præparati,
Plumbi vsti,
Tragacanthæ, ana drachmam
vnam & dimidiam.
Opij Thebaici,
Cāphoræ, ana scrupulum vnū.
Albuminis oui vnus,
Olei Rosacei,
Violacei, ana vnciam vnā
& dimidiam.
Cerae q. s. fiat vnguentum.

VN-

VNGVENTVM HÆMOR-
RHOIDALE SAXONIÆ,

pag. 154.

℞ Mucilag. è sem. Psyllij,
Cydoniorū,
extractæ aquâ Solani, ana
semunciam.

Olei Rosacei completi vnciam.
Vitellum vnius Oui.

Agitentur simul in mortario plum-
beo, pistillo plumbeo, addendo
Ceræ liquatæ parum.

Misce, fiat Vnguentum s. a.

VNGVENTVM LAVRINVM
VVLGARE.

℞ Foliorum Lauri libram vnam.
Baccarum Lauri libram dimi-
diam.

Foliorum Brassicæ vncias qua-
tuor.

Olei ex pedibus Bouinis libras
quinque.

Seui Bouini libras duas.

Contundantur herbæ, & baccæ, &
coquantur cum oleo & seuo ad
humoris consumptionem, & co-
lentur.

VNGVENTVM MARTIA-
TVM,
NICOLAI.

℞ Folior. Lauri,
Rorismarini, ana vncias
octo.

Rutæ vncias septem.

Fol. Tamarisci vncias sex.

Ebuli,

Esbrij, vel Maioranæ,

Sabinæ,

Balsamitæ, vel Menthæ aqua-
ticæ,

Saluiæ,

Ocimi,

Polij Montani,

Calaminthæ,

Artemisiæ,

Enulæ,

Betonicæ,

Brançæ Ursinæ,

Spargulæ vel Aparines,

Herbæ venti, i. Anemones syl-
uestris, vel Parietariæ in eius
defectu.

Pimpinellæ, i. Sanguisorbæ,

Agrimoniæ,

Absinthij,

Herbæ Paralyseos,

Herbæ sanctæ Mariæ, i. Costi
hortensis,

Cymarum Sambuci,

Crassulæ Maioris, Semperuiui
minoris,

Semperuiui, i. Sedi Maioris,

Millefolij,

Chamædryos,

Centaurij minoris,

Quinqueneruiæ, i. Plantaginis
maioris,

Fragariæ,

Tetrahit, vel eius loco Virgæ
aureæ,

Quinquefolij, ana vncias qua-
tuor semis.

Q 3

Radic.

Radic. Althææ.
 Sem. Cymini,
 Myrrhæ, ana vncias tres.
 Fœnugræci vnciam vnam se-
 mis.
 Sem. Vrticæ maioris,
 Violarum,
 Papaueris rubri, i. erratici,
 Mentastri, seu Menthæ agrestis,
 Menthæ satiuæ,
 Acetosæ,
 Polytrichi, i. Adianthi albi,
 Carduncelli, i. Cardui benedi-
 cti,
 Matrifyluæ, i. Periclymeni,
 Maturellæ, i. Valerianæ maio-
 ris.
 Herbæ Moschatae, vel Geranij
 Moschati,
 Alleluiæ, i. Trifolij acetosi,
 Linguae Ceruinæ,
 Crispulæ, i. Bupthalmi,
 Camphoratae, i. Abrotoni,
 Medullæ Ceruinæ,
 Styracis Calamitæ, ana vnciam
 dimidiam.
 Butyri drachmas decem.
 Adipis Ursini,
 Gallinacei,
 Mastiches,
 Thuris, ana vnciam vnam.
 Olei Nardini vncias duas.
 Cerae libras duas.
 Herbæ recentes incisæ Vino odo-
 rifero cum Olei libris octo, diebus
 septem infundantur, octauo die
 omnia simul decoquantur ad vini
 ferè consumptionem. Amotum

ab igne coletur, atque rursus in le-
 betem Oleum injiciatur, cui lento
 igne parum calefacto injice buty-
 rum, Medullam, Adipes, Oleum
 Nardinum, & Ceram; deinde
 Styracem, dissolutam in Vino &
 paulo Terebinthinæ mixtam. Ma-
 stichem verò, Myrrham, & Thus,
 puluerisata postremò insperge.
 Cumque fuerint omnia probè
 mixta, agitatione continuâ in vase
 reconde.

MUNDIFICATIVVM EX
 APIO. Guid. tr. 7.
 do. r. c. 5.

& Succij libram vnam.
 Mellis vncias nouem.
 Farinæ Tritici vncias tres.
 Coquantur ad ignem vsque ad
 spissitudinem.
 Fiat vnguentum s. a.

VNGVENTVM NEA-
 POLITANVM.

RENODAEI.

& Axungiae Suillæ succo Saluiae
 lot. libram vnam.
 Hydrargyri per laneum traiecti,
 saliuâ ritè extincti, vncias
 quatuor.
 Olei Laurini,
 Chamæmelini,
 Lumbricorum, ana vncias
 duas,
 De Spica sesquiunciam.
 Aquæ vitæ vnciam vnam.
 Cerae flauæ vncias duas.

Tere.

Terebinthinæ in succo Enulæ
lot. vncias tres.

Pulueris Chamæpityos,
Saluiæ, ana drachmas
duas.

Fiat Vnguentum, vt artis est.

VNGVENTVM RESINVM.

Eust. Rud. Morb. Gall.

l. 5. c. 1. f.

℞ Resinæ Pini optimæ,
Terebinthinæ,
Ceræ citrinæ lotæ,
Olei puri, ana p. æ. Misce.

VNGVENTVM NERVIVM.

℞ Fol. Paralyseos, cum flor.
Saluiæ,
Chamæpityos,
Rorismarini,
Lauendulæ,
Lauri, cum baccis.
Chamæmeli,
Rutæ,
Apij,
Meliloti cum flore,
Absinthij, ana manipulum
vnum.
Menthæ,
Betonicæ,
Pulegij,
Petroselini,
Centaurij Minoris,
Hyperici, ana manipulum
dimidium.

Olei ex pedibus Ouinis, vel Bo-
uinis, libras quinque.

Seui Ouini, vel Bouini, vel
Medullæ eiusdem libras
duas.

Olei de Spica vnciam dimi-
diam.

Contusis herbis, & coctis cum
oleis, & seuis, fiat Vnguentum s. a.

VNGVENTVM PECTORALE,
NICOLAI.

℞ Butyri recentis aq. Violarum
loti vncias sex.

Olei Amygdalarum dulcium
vncias quatuor.

Chamæmelini,
Violacei, ana vncias tres.

Adipis Gallinæ,
Anatis, ana vncias duas.

Radic. Ireos drachmas duas.

Croci drachmam dimidiam.

Ceræ albæ vncias tres.

Ceram & Adipes in Oleis liquato,
dein sæpiùs lauato aquâ Hordei,
vel aq. Hyssopi. His probè lotis
adde Iridem & Crocum in tenuiff.
puluerem redacta, fiat Vnguen-
tum s. a.

VNGVENTVM P.

PVLNEVM.

NICOLAI.

℞ Oculorum Populi arboris re-
centium librâ vnam semis.

Q 4

Axungias

Axungia Porcinæ recentis & infulsæ libras tres.

Oculi seu Gemmæ Populi contundantur & macerentur in Axungia, donec sequentes herbæ colligi possunt.

℞ Folior. Papaueris nigri,
Mandragoræ,

Cymarum Rubi tenerrimarum,
Folior. Hyosciami,

Solani,

Lactucæ,

Vermicularis (i) Semperuiui minoris, (non illecebræ)

Sedi, seu Semperuiui maioris.

Violarum,

Vmbilici Veneris,

Bardanae, ana uncias tres.

Contusa omnia permisceantur Axungia, & Oculis Populi: exactis diebus decem, affunde aq. Rosarum libram vnam, coquantur igne lento, dum aqua, omnisq; liquor absumat: coletur, exprimat, & si sit opus recoquatur, dum Vnguenti temperaturam acceperit.

VNGVENTVM RESVMPTIVVM,
NICOLAI.

℞ Axungia Porcinæ recentis uncias tres.

Adipis Gallinae,

Anseris,

Anatis, ana uncias duas.

Oesyphi humidæ unciam dimidiam.

Olei Violati,

Chamæmelini,

Anethini, ana uncias duas.

Butyri recentis libram vnam.

Ceræ albæ uncias sex.

Mucilaginis Tragacanthi,

Sem. Cydoniorū,

Lini,

Radic. Bismaluae,

Gummi Arabici, ana unciam dimidiam.

Mucilagine extrahantur aqua rosacea, & additis reliquis, fiat Vnguentum s. a.

VNGVENTVM SPLENICVM,

℞ Olei Capparum unciam vnam.

Olei Liliorum,

Chamæmelini,

Butyri recentis,

Succi Bryoniae,

Cyclaminis, ana semiunciam.

Bulliant Olea ad consumptionem Succorum, addendo

Ammoniacy aceto soluti drachmas duas semis.

Pinguedinis Gallinae,

Medullæ cruris Vituli,

Oesyphi, ana semiunciam.

Cortie,

Cortic. rad. Tamarisci
 Capparum,
 Ceterach,
 Radic. Filicis, ana drachmam
 vnam.
 Pulueris sem. Agni casti,
 Genistæ, ana scrupulum.
 Ceræ, q. s. Fiat in formam Vn-
 guenti.

V N G V E N T V M A L I V D
 S P L E N I C V M M A G I S -
 T R A L E.

℞ Corticis radicum Capparum
 drachmas sex.
 Radicum Bryoniæ,
 Iridis Florentinæ,
 Farinæ sem. Fœniculi dulcis,
 Ammoniaci in aceto soluti, ana
 semunciam.
 Comarum Absinthij,
 Florum Camomillæ, ana drach-
 mam vnam.
 Vng. ex succis aperitiuis Fœlij,
 viz. descriptionis secundæ,
 Vng. ex floribus Aranciorum,
 ana drachmas sex.
 Olei Irini,
 Capparum, ana vnciam v-
 nam cum semissi.

Trituranda triturentur exactè, vt,
 per cribrum transmissa, cæterisque
 in mortario calido s. a. (elaboratâ
 contusione) admixtis, fiat Vng.

*Sunt qui vnguenta non admittunt,
 Emplastra verò facile ferunt; His igi-*

*tur (pro data occasione) Vnguenti par-
 tem in formam Emplastri redactam
 citissime coaptare licebit, (quod nec
 minus intentioni satisfacit) superad-
 dendo Ceram, Picem naualem, & Te-
 rebinthinæ Cypriæ modicum.*

VALENTIA SCABIOSÆ
 IOANNIS ARDERNII, ex oppido
 (vulgò) Newark, in Comitatu Notting-
 ham: Chirurgi exercitatissimi: qui flo-
 ruit anno 1370. tempore Edouardi ter-
 tij Regis Angliæ, ipsissimis verbis
 ex antiquo manuscripto
 excerpta.

℞ Succum Scabiosæ, in æstate per
 pannum colatum, & cum Ax-
 ungia Porci à pelliculis mun-
 datâ; in mortario benè tunda-
 tur, percutiendo sed non con-
 terendo, & semper paulatim
 pone de succo, ad axungiam, vt
 bene imbibi possit, & vt axun-
 gia viridis fiat; Quo factò, acci-
 pe illam axungiam, & cum di-
 cto succo, in aliquo vase ponat-
 ur, vt axungia succo cooperia-
 tur, & sic stare permittas per
 nouem dies: post nonam diem
 iterùm accipe prædictâ axun-
 giam cum succo, & modo præ-
 dicto contunde, & aquositas
 quæ de eo exhibit tenuis & dis-
 colorata deponatur, & sic per-
 mitte stare per quinque dies,
 post quintum diem iterùm ac-
 cipe nouum succum Scabiosæ,
 &

& iterum (vt prædictum est) cum dictâ axungia contundatur; quo factò, iterum per quindenam in vase aliquo cum succo quiescere permittatur; quo verò tempore transactò, iterum contundatur (vt prædictum est) & ab aquositate purgetur, & in vase mundo reponatur, & sic stet in pace per aliam quindenam cum appositione noui succi; post quindenam verò, iterum contundatur, & si fuerit satis viridis coloris, post bonam contusionem, in vase terreo vel vitreo vsui reseruetur.

De quantitate vtriusq; tam axungie quàm succi, haud ambigendum: Illius enim pro suo arbitrio quantitatem, Pharmacopœus sibi præparandum suscipiat, quam quidem vsui futuram esse conijciat: Huius autem succo frequenter repetito, illam imbuat, donec viridi colore saturo axungiam imprægnari conspexerit. Hac siquidem debet esse regula, pro mensura succi.

Hoc autem monitum esse volumus, quanto viridius, tanto efficacius Unguentum reddi: si ergò primâ vice, vel etiam secundâ, copiosa ipsius Scabiosæ folia, post vnam vel alteram diem à collectione s. a. reseruata (vt aquositatis excrementitie aliquid deponant) cum axungia contundantur, nec non aliorum succus prælo fortiter expressus superaffundatur, vt digitos ad minimum duos superemineat, & in vase conue-

nienti obturato commixta, Soli exponantur, totidem vel pluribus diebus ab authore constitutis: deinde post fortem expressionem, succo solo fortiter (vt supra) expresso, & ab aquositate modicè separato, virescens axungia repetitis vicibus (haud neglectâ contusione) imbuatur, colorem authoris ad mentem induci, simulque vires Unguento maiores imprimi, experientia edocli attestamur.

TAPSIVALENCIA eiusdem Authoris.

℞ Tapsibarbatî, & cum axungia Porci à pelliculis mundatâ, & minutim incisâ, benè in mortario vel in pelui contundantur inuicem, donec axungia benè de succo fuerit imbuta, & postquam feceris, permittatur illa axungia cum succo similiter stare, per nouem dies, aut plus, donec axungia viridis appareat; Quo viso, iterum cum succo nouo benè contundatur, & quandò axungia de succo perfectè imbuta fuerit & colorata, quod superfluum est de succo effundatur, & iterum bene sine aliquo succo contundatur, & in vase terreo reponatur, & vsui reseruetur. Et nota quòd ista medicina de mense in mensem debet semel contundi, & in contusione, de Oleo Rosaceo, Violaceo, & Chamæmeli imponere

ponere paulatim, vt Valentia ea competenter possit imbibere: Etsi de bono populeone prædictis addatur, efficacius erit medicinæ iuuamentum.

TAPSIMEL eiusdem.

℞ Succum Chelidoniæ, Tapfi barbati ana: Mellis despumati quantum de succis, & inuicem bulliant ad consumptionem succi, postea ab igne deponatur, & vsui reseruetur. Cùm inde contra pruritus uti volueris, accipe de eo quantum volueris, & ei impone, de Puluere Vitrioli combusti, & Aluminis combusti, Atramenti, i. aramenti. Et si necesse fuerit, iterum bulliant donec Vnguentum satis tenax fuerit, & inde in Anum ponatur parum, contra pruritus, & citò cessabit pro certo, & in omni parte corporis, & hoc Vnguentum dicitur Tapsimel, à Tapfi barbato & Melle: Istud pro certo est nobile vnguentum.

Hæc ad verbum ex veteri Manuscripto, & stylo suo.

Caueat Pharmacopœus, ne Mel ex coctione contrahat empyreuma.

V N G V E N T V M S T O M A.
C H I C V M.
N O R I M B.

℞ Olei Absinthini,
Mastichini,
Nardini, ana vnciam vnā.
Rosarum rubrarum,
Corallij rubri,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Ligni Aloes,
Mastiches,
Menthæ,
Schœnanthus, ana drachmam
vnam.
Ceræ q. s.
fiat Vnguentum s. a.

V N G V E N T V M A D
L V M B R I C O S M A I V S.
F O E S I I.

℞ Olei Rutæ,
Sabinæ,
Menthæ,
Absinthij,
Amygdalarum amararum
ana vnciam vnam se-
mis.
Succi florum vel foliorum Per-
sicæ.
Absinthij, ana vnciam di-
midiam.
Pulueris Rutæ,
Menthæ,
Gentianæ,
Centaurij minoris,

Tor-

Tormentillæ, ana drachmam
vnam.

Semin. Caulium.

Pulpæ Colocynthydos, ana
drachmas duas.


Aloes hepaticæ drachmas tres.

Farinæ Lupinorum vnciam di-
midiam.


Myrrhæ in aq. Graminis lotæ
drachmam vnam semis.

Fellis Taurini vnciam vnam
semis.

Cum Succo Limonum q. s. & Ce-
ræ vncia vna semis, fiat Vnguen-
tum secundum artem.



EMPLA.





EMPLASTRA ET CERATA.

EMPLASTRUM EX AMMONIACO.

℞ Ammoniacci vnciam vnam.
 Vng. Dialthææ, } ana vnciã
 Emplastri Meliloti, } dimidiã.
 Furfuris frumenti optimè cri-
 brati vnciam vnam.
 Pulueris radic. Bryoniæ, & Ire-
 os, ana vnciam dimidiam.
 Pingued. Anatis,
 Anseris,
 Gallinæ, ana drach-
 mas tres.
 Bdellij,
 Galbani, ana drachmam vnam
 semis.
 Resinæ Pini,
 Cera, ana vncias quinque.
 Olei Irini,
 Terebinthinæ, ana vnciam

vnam semis.

Bulliant pinguedines, & Oleum
 cum s. q. Mucilaginis sem. Lini,
 & Fœnuigræci : & vt ad debitam
 Emplastri formam ducantur, ad-
 dantur Cera & Terebinthina: mox
 Vng. Dialthææ, & Emplastrum
 de Meliloto, deinde Gummi in
 aceto dissoluta : postremóq; Pul-
 ueres atque resina Pini puluerizata
 subtiliter, omnia miscendo bene,
 & fiat Emplastrum s.a.

ALBUM COCTVM, DE CERVSSA, VLMESE.

℞ Cerussæ subtilissimè tritæ,
 Cera Citrinæ,
 Olei Oliuarum, ana partes æ-
 quales.
 R. Cerussæ

Cerussâ æneum in cacabum immisâ, lentè addatur Oleum, & lento igne bulliant, assiduò & agitentur dum simul desideant: dein indatur Cera minutim concisa successiuè, nec ferueat, donec probe liquata: Coquantur demùm omnia s. a. dum nigricent, ad iustam consistentiam.

EMPLASTRUM DE
BACCIS LAVRI.

M E S.

℞ Baccarum Lauri vncias duas.
Thuris,
Mastiches,
Myrrhæ, ana vnciam vnam.
Cyperi,
Costi, ana vnciam dimidiam.
Terebinthinæ vnciam vnam.
Mellis despumati, & leuiter tantum calefacti q. s. fiat Emplastrum secundùm artem.

EMPLASTRUM BARBARVM MAGNUM,

Gal. comp. med. sec. gen. l. 2. f.

℞ Picis siccæ libras octo.
Ceræ Citrinæ libras sex, vncias octo.
Resinæ Pini libras quinque, vncias quatuor.

Bituminis Iudaici, vel Mumixæ, libras quatuor.

Olei sesquilibram.

Æruginis æris,

Lithargyri,

Cerussæ, ana vncias tres.

Thuris selibram.

Aluminis liquidi, vel Rochæ non vsti sesquiunciam.

scissilis, vel Rochæ combusti vncias quatuor.

Opopanacis,

Squamæ æris,

Galbani, ana drachmas duodecim.

Aloes,

Opij,

Myrrhæ, ana semunciam.

Succi Mandragoræ, vel cortic. rad. sicc. drachmas sex.

Aceti libras quinque.

Lithargyrus, Cerussa, Oleum coquantur ad mellis spissitudinem: Pix liquefacta, cum Puluere Bituminis, incorporetur: addantur, & coquantur alia s. a. donec Acetum consumatur, nec manus inquinentur. Fall. vuln. gen. c. 15.

EMPLASTRUM DE
BETONICA,
ANDERNACI.

℞ Betonixæ viridis,
Pimpinellæ,

Agrimo-

Agrimonix,
 Saiuia,
 Pulegij,
 Millefolij,
 Consolidæ maioris,
 Gallitrici, ana vncias sex.
 Thuris,
 Mastiches, ana drachmas tres.
 Ireos,
 Aristolochiæ rotundæ, ana
 drachmas sex.
 Cera albæ,
 Terebinthinæ, ana vncias octo.
 Gummi Oleæ Æthiopicæ. i.
 Gummi Elemi vncias duas.
 Resinæ Pini vncias sex.
 Olei Abietini vncias duas.
 Vini albi libras tres.
 Contusæ herbæ decoquantur in
 Vino, deinde colentur, & cola-
 turæ reliqua addantur, & fiat Em-
 plastrum s. a.

E M P L A S T R V M
 D. C A E S A R I S.

R Radic. Bistortæ,
 Nucum Cupressi,
 Rosarum rubrarum
 Santalorum omniū,
 Menthæ,
 Semin. Coriandri, ana drach-
 mas tres.
 Mastiches vnciam dimidiam.
 Hypocistidos,
 Acaciæ,

Sanguinis Draconis,
 Terræ sigillatæ,
 Boli veri,
 Corallij rubri, ana drachmas
 duas.
 Terebinthinæ aquâ Plantagi-
 nis lotæ vncias quatuor.
 Olei Rosacei vncias duodecim.
 Succor. Semperuiui,
 Plantaginis,
 Telephij, ana vnciam
 vnam.
 Cerae flauæ libram vnam semis.
 Hypocistis & Acacia dissoluan-
 tur cum succis, & coquantur len-
 to igne ad consistentiam, deinde
 commisceantur reliqua, & fiat
 Emplastrum s. a.

E M P L A S T R V M C A-
 T A G M A T I C V M,
 V I G O N I S.

R Succ. Rad. Althææ vncias sex.
 Cort. rad. Fraxini, & folior. eius,
 Rad. Consolidæ maioris:
 & minoris, vnâ
 cum foliis, ana
 vncias duas.
 Baccarum Myrti vnciam vnam
 semis.
 Folior. Salicis.
 Summitat. Hyperici, ana ma-
 nipul. vnum semis.
 Contusis contundendis, bulliant
 simul in vini rubri adstringentis,
 & aquæ fabrorum, ana libris dua-
 bus,

bus, ad medietatis consumptionem; colentur, adde

Olei Myrtini,

Rosacei,

Omphacini, ana libram
vnam semis.

Seui Hircini liquefacti vncias
octo.

Lithargiri Auri, &

Argenti,

Minij, ana vncias quatuor.

Ceræ flauæ libram vnam.

Colophonix libram dimidiã.

Denuò bulliant ad consumptionem decocti, addendo sub finem,

Myrrhæ,

Thuris,

Mastiches, ana vnciam dimidiam.

Terebinthinæ claræ vncias
duas.

Boli Armeni,

Terræ sigillatæ, ana vnciam
vnam.

Baculo optimè agitentur, dum decoquantur, & fiat Emplastrum secundùm artem.

CATAGMATICVM,

RENODAEI.

℞ Rad. Symphyti minoris,

Althææ,

Visci querni, ana vncias duas.

Plantaginis,

Chamæpityos,

Hyperici, ana manip. vnum.

Fiat decoctio in æquis partibus Vini nigri, & aquæ fabrorum, ad medietas: colaturæ adde

Mucilaginis sem. Cydoniorum
in decocto Omazorum extractæ

Olei Mastichini,

Rosacei, ana vncias quatuor.

Ceræ Virgineæ libram vnam.

Lithargyri auri vncias duas.

Terebinthinæ vncias tres.

Balauftiorum,

Rosarum,

Myrtillorum,

Acaciæ, ana semunciam.

Mumiæ,

Granorum Androsæmi,

Colophonix,

Mastiches,

Succini, ana drachmas sex.

Picis naualis sesquiunciam.

Boli Armeni,

Farinæ volatilis,

Thuris, ana drachmas duodecim.

Sanguinis Draconis vncias
duas.

Ad elixatas in percolato Mucilagine, aquosa humiditas cum exhalauerit, admisceantur Olea, tum Cera, post Lithargyrus. Coctis, vnitis, agitatis, ab igne semotis, addatur Terebinthina, deinde pulueres. Sic demũ misceantur, agitetur, subigatur omnia, vt in Emplastrũ cocant consistentiã legitimam.

EMPLA.

E M P L A S T R V M C E -
P H A L I C V M .

- ℞ Resinæ claræ vncias duas.
 Picis nigræ vnciam vnam.
 Ladani vnciam dimidiam.
 Myrrhæ,
 Mastiches , ana drachmam
 vnam semis.
 Gum. Iuniperi drachmas duas.
 Terebinthinæ,
 Farinæ Fabarum,
 Orobi, ana vnciam di-
 midiam.
 Nigellæ odoratæ drachm. tres.
 Nucis Moschatæ drachmas
 duas.
 Stercoris Columbini vnciam
 dimidiam.
 Dissoluatur Myrrha in Vino Mal-
 uatico , & cum reliquis in morta-
 rio calido admistis fiat Empla-
 strum s. a.
 Si vis fortius , adde pulueris
 Euphorbij,
 Pyrethri,
 Piperis nigri , ana scrupulos
 duos.

E M P L A S T R V M C E R O M A
Seu
C E R O N E V M .

NICOLAI ALEXANDRINI,
 Cap. 286.

- ℞ Picis [naualis , i. ex nauibus ve-
 tustis deraſæ, quæ multipli-

cem aquæ marinæ loturam
 sunt expertæ.]

Ceræ flauæ illotæ , ana drach-
 mas septem.

Sagapeni drachmas sex.

Ammoniacy,

Terebinthinæ,

Colophonæ,

Croci, ana drachmas quatuor.

Aloes,

Thuris [masculi]

Myrrhæ, ana drachmas tres.

Styracis calamitæ,

Mastiches,

Opopanacis,

Galbani,

Aluminis.

Sem. Fœnugræci , ana drachmas
 duas.

Confitæ, i. fecis liquidæ Sty-
 racis.

Bdellij, ana drachmam vnam.

Lithargyri semidrachmam.

E M P L A S T R V M E X C I C V T A
C V M A M M O N I A C O .

- ℞ Cicutæ manipulos quatuor.
 Ammoniacy semilibram, infun-
 de Aceto acerrimo dies octo,
 dein bulliant, dum Ammonia-
 cum soluatur : hinc per pannū
 lineum validè exprimatur, ite-
 rumque expressus liquor ebul-
 liat quinquies, & adiectâ Cerâ
 & oleo Amygdalino dulci f.
 Emplast.

EMPLASTRUM DE
CRUSTA PANIS.

℞ Mastiches,
Menthæ,
Spodij,
Corallij rubri,
Santalorum omnium, ana
drachmam vnam.
Crustæ Panis tostæ, infusæ in
aceto Rosaceo, per mediam
horam vncias duas.
Olei Mastichini,
Cydoniorum, ana vnciã.
Ceræ vncias duas.
Styracis liquidæ,
Ladani, ana drachmas tres.
Farinæ Hordei q.s.
Misce, fiat Emplastrum secundum
artem.

EMPLASTRUM è
CYMINO.

℞ Semin. Cymini,
Baccarum Lauri, ana libram
vnam.
Resinæ Pini libras duas.
 Communis libras tres.
Olei Anethini, semilibram.
Ceræ libram vnam.
Misce, fiat Emplastrum.

DIACHYLON SIMPLEX.

M E S.

℞ Mucilaginis Fœnugræci,
 Sem. Lini,
 Radic. Althææ, ana
 libram vnam.
Olei veteris clari, libras tres.
Lithargyri libram vnam semis.
Lithargyrus tenuissimè teratur, &
cum Oleo subigatur, postea igne
lento coquatur, spatha semper
agitando, donec probè permixta
sint: ab igne deposita paulatim
frigescant: postea mucilagine af-
fundantur, permisceantur & deco-
quantur ad iustam crassitiem se-
cundum artem.

DIACHYLON IREATVM

Adde Pulueris Ireos vnciam
vnam singulis libris Dia-
chyli simp. & erit Ireatum.

DIACHYLON MAGNUM.

M E S.

℞ Lithargyri auri tenuissimè pul-
uerisati libram vnam.
Olei Irini,
 Anethini,
 Chamæmelini, ana vncias
 octo.
Mucilaginis Radic. Althææ,
 Sem.

Sem. Lini,
 Foenugræci,
 Vuarum passulæ,
 Caricarum pinguium,
 Ichthyocollæ,
 Succu Ireos,
 Scillæ,
 Oesypi, vel Olei ex pedibus O-
 uillis, ana drachmas duode-
 cim semis.
 Terebinthinæ vncias tres.
 Resinæ Pini,
 Cerae flauæ, ana vncias duas.
 Misce : fiat Emplastrum s.a.

DIACHYLON MAGNUM
 CVM GUMMI EX
 RENODÆO.

℞ Bdellij,
 Sagapeni,
 Ammoniacy, ana vnciam v-
 nam.

Diachyli magni massæ addan-
 tur Vino dissoluta prius, colata, &
 ad mellis crassitiem cocta : & sic
 fit Diachylon cum gummi.

DIACHYLON COMPOSITVM,
 Siue
 E M P L A S T R V M D E
 M V C I L A G I N I B V S.
 M E S.

℞ Mucilaginis Radic. Althææ,
 Sem. Lini.
 Foenugræci,

Cortic. Mediani Vlmi, ana vncias quatuor semis.
 Olei Chamæmelini,
 Liliorum,
 Anethini, ana vnciam
 vnam semis.
 Ammoniacy,
 Galbani,
 Opopanacy,
 Sagapeni, ana vnciam dimi-
 diam.
 Cerae nouæ vncias viginti.
 Terebinthinæ vncias duas.
 Croci drachmas duas.
 Vino soluantur Gummi,
 Fiat Emplastrum s. a.

D I A P A L M A

Seu

D I A C H A L C I T E O S,
 G A L E N I.

℞ Axungia Porcinæ insulsæ, vetu-
 stæ, à membranis purgatæ,
 libras duas.

Olei veteris,
 Argenti spumæ, (i.) Lithargyri,
 trita, & cretæ, ana libras tres.
 Chalcitidis vsta, læuigatæ, seu
 Vitrioli albi vsti, & puluerisati
 vncias quatuor.

Conficitur autem in hunc mo-
 dum.

Primum Lithargyrum tenuissimè
 læuigatum lento igne cum oleo,
 & axungia diutissimè coquunt, ac
 nutriunt semper agitando ridicu-
 lâ,

lâ, seu ramo Palmæ, vel aliûs arboris astringentis, vt Quercus, Buxi, vel Mespili, qui recenter sit incisus, atque vt spatulæ vis medicamentosa meliùs Emplastro communicetur, eius extremitatem subinde præscindunt, & superficiem abradunt, ad humiditatem vsque natiuam: mixturæ sic coctione & agitatione incrassatæ, & igni substractæ Vitriolum album, Chalcitidis veræ penuriâ, puluerisatum injiciunt & subigunt, sicque massam habent laudabilem pro Emplastro.

EMPLASTRUM DIAPHOENICON CALIDVM,

M E S.

℞ Cerae vncias duas.
 Olei Rosacei,
 Nardini, ana vncias quatuor.
 Simul liquentur, deinde
 ℞ Dactylorum siccorum numero quadraginta.
 Panis biscocti vnciam vnam.
 Macerentur in Vino odorato per biduum, deinde
 ℞ Carnis Cydoniorum in Vino rubro coctorum vnciam vnam.
 Contundatur & permisceatur superioribus; & adde sequentia in mortario benè contusa.
 ℞ Mastiches.
 Thuris,

Absinthij Romani, ana drachmas duas semis.

Ligni Aloes,
 Macis,
 Myrrhæ,
 Aloes lotæ,
 Spicæ Nardi,
 Acaciæ,
 Galliæ Moschatæ.
 Trochiscorum Ramich,
 Calami Aromatici, ana drachmam vnam.

Ladani drachmas duas.

Misce, & fiat Emplastrum s. a.

DIAPHOENICON FRIGIDVM,

M E S.

℞ Dactylorum maturitati proximorum in Vino austero coctorum vncias quinque.
 Panis biscocti vnciam vnam.
 Carnis Cydoniorum in Vino austero coctorum vnciam vnam.
 Styracis Calamitæ,
 Mastiches,
 Ladani,
 Acaciæ,
 Omphacij, id est, succi Vuarum immaturarum.
 Flor. Labruffæ, vel Vitis ferentis vuas acidas vel austeras.
 Rosarum rubrarum,
 Santali Citrini,
 Trochiscorum Ramich,
 Myrrhæ

Myrrhæ,
Ligni Aloes, ana vnciam dimi-
diam.
Ceræ vncias quatuor.
Terebinthinæ aquâ Rosaceâ
lotæ vnciam vnam semis.
Olei Rosacei vncias decem.
Vini austeri q. s.
Fiat Emplastrum s. a.

EMPLASTRUM DIVINUM,
NICOLAI.

℞ Magnetis vncias quatuor.
Ammoniaci vncias tres, &
drachmas tres.
Bdellij vncias duas.
Galbani,
Myrrhæ, an. drachmas decem.
Olibani drachmas nouem.
Opopanacis
Mastiches,
Aristolochiæ longæ,
Viridis æris, ana vnciam v-
nam.
Lithargyri libram vnam semis.
Olei communis libram vnam
semis.
Ceræ nouæ vncias octo.
Misce s. a. Lithargyrus cum Oleo
diu agitetur postea coquantur ad
spissitudinem, tum Cera addatur,
ea liquatâ, ab igne auferantur, &
adjiciantur Gummi in aceto, aut
vino dissoluta, cocta, & colata,
deinde puluis Myrrhæ, Mastiches,

Thuris, Aristolochiæ, & Magne-
tis, postremò Æruginis, ne diutiùs
cocta Emplastrum faciat rubrum,
& sic fiat Emplastrum secundum

EMPLASTRUM DE
GUMMI ELEMI
Pet. Apon. Conciliat. sec. Vig.
Antid. cap. 16.

℞ Gum. Elemi vncias tres.
Resinæ Pini,
Ceræ puræ,
Ammoniaci vncias duas.
Terebinthinæ tres vncias &
mediam.
Vino Maluatico q. s. ad consum-
ptionem Vini coquantur cætera:
tum Ammoniacum aceto dissolu-
tum adjiciatur.

EMPLASTRUM GRACIA
DEI.
NICOLAI.

℞ Terebinthinæ libram dimi-
diam.
Resinæ libram vnam.
Ceræ albæ vncias quatuor.
Mastiches, vnciam vnam.
Betonicæ } recentium, ana
Verbenæ } manipul. vnum.
Pimpinellæ }
Tusæ herbæ in vino albo coquan-
tur dum tabescant, liquor expri-
matur, in quo Cera & Resina co-
quantur

quantur ad liquoris consumptionem: ab igne sublatis, Terebinthina permisceatur, & postremo Mastiche in puluerem redacta; & sic fiat Emplastrum, s.a.

EMPLASTRUM GRISEVM DE LAPIDE CALAMINARI.

℞ Lapidis Calaminaris præparati vnciam vnam.

Lithargyri vncias duas.

Cerussæ vnciam dimidiam.

Tutiæ drachmam vnam.

Terebinthinæ drachmas sex.

Ceræ albæ vnciam vnam semis.

Seui Ceruini vncias duas.

Thuris electi drachmas quinque.

Mastiches drachmas tres.

Myrrhæ drachmas duas.

Camphoræ drachmam vnam semis.

Ceræ, & Seui Ceruini, ana q. s.

Confice s. a.

EMPLASTRUM AD HERNIAM. FERNELII.

℞ Gallarum,
Nucum Cupressi,
Psidiæ, siue Malicorij.
Balaustiorum,
Acaciæ,

Sem. Plantaginis,

Psyllij,

Nasturtij,

Cupularum Glandium,

Fabarum torrefactarum,

Aristolochiæ longæ, & rotundæ,

Myrtyllorum, ana vnciam dimidiam.

Hæc omnia pulueriscentur, & in aceto Rosato macerentur per dies quatuor, deinde torrefiant & exiccentur, tum

℞ Consolidæ maioris & minoris.

Caudæ equinæ,

Glasti,

Scolopendrij, i. Ceterach,

Radic. Osmundæ regalis,

Filicis, ana vnciam vnam.

Thuris,

Myrrhæ,

Mastiches,

Mummix, ana vncias duas.

Boli Armeni loti in aceto,

Lapidis Calaminaris præparati,

Lithargyri Auri,

Sanguinis Draconis, ana vncias tres.

Picis Nualis libras duas.

Terebinthinæ vncias sex, vel q. s.

Vt fiat Emplastrum secundum artem.

EMPLA-

EMPLASTRUM HYSTERICVM,
NICOLAI.
Præpar. sec.
RENODAEVM.

℞ Radic. Bistortæ libram vnam.
Ligni Aloes,
Santali Citrini,
Nucis Moschatæ,
Berberis acinorum,
Antheræ, ana vnciam vnam.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Schœnanthûs,
Flor. Chamæmeli, ana vnciam
dimidiam.
Thuris,
Mastiches,
Aliptæ Moschatæ,
Galliæ Moschatæ,
Styracis Calamitæ rubri, ana
drachmam vnam.
Moschi optimi drachmam di-
midiam.
Ceræ libram vnam semis.
Terebinthinæ libram dimidiã.
Olei Moschelini vncias qua-
tuor:
Ladani libras quatuor.
Picis Naualis libras tres.
Cerâ cum Pice liquatâ, Ladanum
& Terebinthinæ addantur, dein
Styrax, postremò reliqua trita &
creta, & fingatur Emplastrum
secundùm artem.

EMPLASTRUM DE
IANVA.
Sive
DE BETONICA.
NICOLAI.

℞ Succii Betonicæ,
Plantaginis,
Apij, ana libram vnam.
Ceræ,
Picis,
Resinæ,
Terebinthinæ, ana libram di-
midiam.
In succis Cera, & Resina lento ig-
ne coquantur, & continenter mo-
ueantur ad succorum consumpti-
onem; postremò Terebinthina &
Pix addantur bone agitando, & sic
fiat Emplastrum s. a.

EMPLASTRUM DE
MASTICHE,
RENODAEI.

℞ Mastiches vncias tres.
Boli Armeni in Vino nigro,
loti vnciam vnam semis.
Rosarum rubrarum drachmas
sex.
Scobis Eboris,
Corallij rubri, ana vnciam di-
midiam.
Terebinthinæ vncias duas.
Ceræ flauæ,
Olei Myrtillorum, ana libram
dimidiam.

fiat

fiat Emplastrum s. a. addendo
Colophonix, vel Tacamahacæ,
Ladani, ana vncias duas.

EMPLASTRUM DE MELILOTO.

M E S.

℞ Florum Meliloti vncias sex.
Flor. Chamæmeli,
Sem. Fœnu-græci,
Baccarum Lauri,
Radic. Althææ,
Maio-ranæ,
Com. Absinthij, ana drachmas
tres.
Sem. Apij,
Cardamomi,
Ireos,
Cyperi,
Spicæ Nardi,
Casiæ lignææ,
Sem. Ammeos, ana drachmam
vnam semis.
Ammoniâci drachmas decem.
Styracis calamitæ,
Bdellij, ana drachmas quinque.
Terebinthinæ vnciam vnam
semis.
Ficuum pinguium numero
duodecim.
Seui Hircini,
Resinæ, ana vncias duas semis.
Ceræ vncias sex.
Olei Sampsuchini,
Nardini, ana q. s.
Tum ℞ Meliloti noui, & Fœnu-

græci, & Chamæmeli, ana q. s. &
coquantur in aquæ libris duabus
ad medias, deinde in colaturam
immissis triturandis subtilissimè
puluerisatis cum radicibus & ficu-
bus coctis & cribratis, rursus co-
quantur optime semper mouen-
do, ne comburantur, & additis
Oleis, Terebinthinâ, Cerâ, Seuo,
& Resinâ simul liquatis, gummif-
que in aceto dissolutis, fiat Em-
plastrum secundùm artem.

EMPLASTRUM DE MINIO
COMPOSITVM,
VIGONIS.

℞ Olei Rosacei odorati libram
vnam semis.
Olei Myrtini,
Vnguenti Populei, ana vncias
quatuor.
Pinguedinis Gallinæ vncias
duas.
Seui Castrati, i. Veruecis.
Vaccini, ana libram dimi-
diam.
Axungia Porcinæ vncias sep-
tem.
Lithargyri Auri,
Argenti, ana vncias
tres semis.
Cerussæ vncias quatuor.
Minij vncias tres.
Terebinthinæ vncias decem.
Ceræ q. s.

fiat

fiat Emplastrum f. a. tendens ad nigredinem.

ALIVD DE MINIO
SIMPLICIVS,
LONDINENSIVM.

℞ Minij vncias nouem.
Olei Rosarum rubrarum librā
vnam semis.
Aceti vini albi vncias sex.
Coquantur in perfectam Empla-
stri consistentiam.
Paratur etiam sine aceto in hunc
modum.

℞ Minij libram vnam.
Olei Rosacei libram vnam se-
mis.
Cerae libram dimidiam.
fiat Emplastrum f. a.

EMPLASTRVM ISIS EPI-
GONI Gal. comp. med.
gen. l. 5.

℞ Cerae luteae drachmas centum.
Terebinthinae drachmas du-
centas.
Squamæ Aëris rubei,
Æruginis rasæ,
Aristolochiæ rotundæ,
Thuris,
Salis Ammoniacy,

Guttæ Ammoniacæ,
Æris vsti, ana drachmas octo.
Aluminis combusti drachmas
sex.
Aloes,
Myrrhæ,
Galbani, ana sesquiunciam.
Olei antiqui libram vnam.
Aceti acris q. s.

Metallicis Aceto sub Sole dissolu-
tis, mox affunduntur liquabilia,
deinde pulueres; demum ex om-
nibus fiunt magdaleones.

EMPLASTRVM DE
MASTICHE,
NIC. AL.

℞ Mastiches,
Picis naualis,
Sagapeni,
Cerae, ana drachmas sex.
Ammoniacy,
Terebinthinae,
Colophoninae,
Crocij,
Aloes,
Thuris,
Myrrhæ, ana drachmas tres.
Opopanacy,
Galbani,
Styracis calamitæ,
Aluminis (Rondeletius substi-
tuit, & nos ex eo) Bituminis,
Fœnugræci, ana drachmas duas
Comphittæ, i. fæcis Styracis li-
quidæ,
S Bdellij,

Bdellij,

Lithargyri, ana semidrachmā.
Lithargyrus in puluerem redactus
cum sufficienti aqua decoquatur,
deinde Pix, quā liquefactā, adde
Ceram, Ammoniacum, postea Sa-
gapenum; Opopanax, Galbanum
infundantur & liquentur, & per-
colata injiciantur: mox Styracem,
Comphittā, Terebinthinam spa-
tulā misce: postremò Colophonix,
Mastiches, Thuris, Bdellij, Alu-
minis, Myrrhæ, Fœnugræci pul-
ueres paulatim insperge: coqua-
tur: coctum in aqua fundatur, &
forma magdaleones.

EMPLASTRUM
ΜΗΤΡΟΠΡΟΠΤΩΤΙΚΟΝ.

℞ Mastiches vnciam vnam cum
semisse,
Galbani purioris in Vino rubro
dissoluti, & à fœcibus post
colaturam expurgati, drach-
max sex.
Terebinthinæ Cypriæ drach-
mas duas.
Nucum Cupressi,
Gallarum, ana sesquidrach-
mam.
Olei Nucis Moschatæ per ex-
pressionem, drach. vnam.
Picis ex nauibus vetustis dera-
sæ drach. duas cum semisse.
Moschi grana duo cum semisse.
Contundantur leuiter Mastiche,
Pix, Galbanum, & Terebinthina,

cum calido pistillo in mortario ca-
lido, sub finem admiscendo Nucis
Moschatæ Oleum. Tum demum
per vices adjiciantur pulueres, nec
non Moschus super marmore cum
modico Olei Mastichini dissolu-
tus, & post exactam mitionem
fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM NIGRUM,
AVGVSTAN.
STICHPFLASTER.

℞ Colophonix,
Resinæ,
Picis naualis,
Ceræ albæ,
Vitrioli Romani,
Cerussæ,
Olibani,
Myrrhæ, ana vncias octo.
Olei Rosacei vncias septem.
Ol. Iuniperi ex granis vncias
tres.
Ol. Ouorum vncias duas.
Ol. De Spica vnciam vnam.
Vitrioli albi,
Corallij rubri,
Mumixæ, ana vncias duas.
Terræ sigillatæ,
Mastiches,
Sang. Draconis, ana vnciam
vnam.
Adipis Ardeæ vnciam vnam.
Thymalli vncias tres.
Lap. Magnetis præpar. vncias
duas.
Lumbricorum præparatorum,
Cam-

Camphoræ, ana vnciam vnam.
Fiat Emplastrum s. a.

EMPLASTRUM NERVINUM,
VIGONIS.

℞ Olei Chamæmelini,
Rosacei, ana vncias duas.
Olei Mastichini,
Terebinthini,
Lini, ana vnciam vnam semis.
Terebinthinæ coctæ vncias quatuor.
Seui castrati Vituli,
Hircini, ana vncias duas semis.
Herbarum Rorismarini,
Betonicæ,
Caudæ Equinæ,
Centaurij minoris,
ana manip. vnum.
Vermium terrestrium lotorū
& purgatorum in vino vncias tres.
Hyperici fol. & sem. eius, ana manip. vnum.
Mastiches puluerisatæ,
Gummi Elemi, ana drachmas decem.
Radicū Rubiæ tinctorū drachmas decem.
Picis naualis,
Resinæ, ana vnciam vnam semis.
Lithargyri Auri,

Argenti, ana vncia duas semis.

Minij vncias duas.

Galbani,

Sagapeni,

Ammoniacy, ana drachmas tres.

Coquantur Herbæ, Radices, & Vermes in Vini libra vna semis ad medietatis consumptionem, deinde exprimantur, & expressum bulliat iterum cum Oleis, Seuis, Lythargyro, & Minio ad Vini consumptionē: deinde adde Gummi in Vino odorifero dissoluta: postremò Terebinthinam, Resinam, Picem, & Mastichem in puluerem redacta, & fiat Emplastrum secundum artem.

EMPLASTRUM
OXYCROCEVM,
NICOLAI.

℞ Croci,
Picis Naualis,
Colophonæ,
Ceræ, ana vncias quatuor.
Terebinthinæ,
Galbani,
Ammoniacy,
Myrrhæ,
Olibani,
Mastiches, ana vnciam vnam drachmas tres.

Modus conficiendi hic sit; Cera, Colophonia, & Terebinthina simul liquentur, auferendo ab

igne : mox Picem puram adde, dū
adhuc feruet ; tum Galbanū, Am-
moniacum, Thus, & Myrrham
dissoluta in aceto, injice : postea
Masticem in puluerem redactam
& Crocum puluerisatum in aceto
probe humectatum : & sic fiat
Emplastrum f. a.

VIGONIS OXYCROCEVM

(in quo nil Croci) præstantius

NOR. AVG.

℞ Ol. Myrtini,

Rosacei,

Omphacini, ana sesquilibra.

Succi Rad. Althææ, libras duas.

Rad. & fol. Fraxini,

Consolidæ minoris,

Fol. Myrti, ana manipulum.

Omnia prius aliquantulum con-
tusa bulliant in Vino nigro, q. s.
ad consumptionem medietatis,
cum

Myrrhæ,

Thuris, ana semuncia.

Colentur inde Fortiter : addantur
colaturæ

Seui Hircini selibra,

Terebinthinæ vnciæ x,

Masticis vncia.

Iterum cum prædictis Oleis bulli-
ant, ad consumptionem decoctio-
nis. Colentur postmodum ad-
dendo

Lithargyri Auri,

Argenti, ana vncias

tres.

Boli Armeni,

Terræ Sigillatæ, ana vncias
duas.

Minij drachmas decem

Coquantur igne lento, & cum
Cera noua sufficiente, semper agi-
tando, fiat Emplastrum.

EMPLASTRVM DE

RANIS.

VIGONIS.

℞ Olei Chamæmelini,

Anethini,

Spicæ,

Liliorum, ana vncias duas.

Olei de Croco vnciam vnā,
vide pag. 132. col. 2.

Axungia Porcinæ libram vnā.

Pinguedinis Vituli libram di-
midiam.

Euphorbij drachmas quinque.

Thuris drachmas decem.

Olei Laurini vnciam vnā semis.

Adipis viperæ, vel (eius defectu)

Colubri, vncias duas semis.

Ranarum viuientium numero
sex.

Lumbricorum in vino lotorū
vncias tres semis.

Succi Radic. Ebuli,

Enulæ, ana vncias duas.

Schoenanthus,

Stœchados,

Artemisiæ, ana manipul. vnum.

Vini odoriferi libras duas.

Lithargyri Auri libram vnā.

Terebinthinæ claræ vncias
duas.

Ceræ

Ceræ flauæ q. f.

Styracis liquidæ vnciam vnam
semis.

Argenti viui saliuâ hominis iei-
iuni, vel succo Limonum ex-
tincti, vncias quatuor.

Modus conficiendi hic fit.

Coquantur simul Ranæ, Lum-
brici, & herbæ cum succis, & oleis
Chamæmeli, Anethi, Liliorû, Ax-
ungiâ, pinguedine, & librâ vnâ se-
mis vini odorati; Colaturæ adde
Lithargyrû, Ceræ vncias quatuor,
& residuum Vini(i) librâ dimidiâ.
Coquantur simul ad consumptio-
nem totius Vini, & dum digitis
non adhæreat, tum adde Oleum
deCroco, Laurinum de Spica, &
Adipem: postea puluerem Thuris
& Euphorbij, postremò Argētum
viuum probè commixtum cum
Styrace liquidâ, & Terebinthina,
simul omnia cum spatula agitan-
do vt simul incorporentur. Cauen-
dum tamen ne imponatur Argen-
tum viuum, cum nimis feruet
Massa, ne euolet.

EMPLASTRUM SANCTVM
ANDR. à CRUCE.

℞ Resinæ Pini rec. claræ odor. vn-
cias duodecim.

Olei Laurini puri,

Terebinthinæ optimæ, ana
vncias duas.

Gum. Elemi transparentis, gra-
uis, vncias quatuor.

Resina & Gummi in caciola ænea,
super ignem clarum debilem, assi-
duò rudiculâ arundineâ, vel spatu-
lâ æneâ coagitentur, donec liquef-
cant. Inde addantur Laurinum &
Terebinthina, iterum parum bul-
liant, mouendo itidem. Cum in-
crassatum, per stamineam, aut ta-
misium percoletur: quod extilla-
uerit, in vase vitreato terreo operto
asseruetur.

S P A R A D R A P V M

Seu T E L A

G A L T E R I ex R E N O D.

℞ Olei Rosacei libram dimidiam.

Seui Arietini vncias quatuor.

Ceræ vncias decem.

Lithargyri,

Resinæ Pini,

Thuris,

Mastiches, ana vncias duas.

Boli Armeni,

Farinæ volatilis, ana vnciam
vnam.

Coquantur simul Oleum, Seuum,
& Lithargyrus, donec Lithargy-
rus sit incorporatus, deinde ex arte
fiat Emplastrum, in quod adhuc
liquatum & calidum, tela parum
attrita immergatur.

E M P L A S T R V M

ΣΤΕΦΑΝΙΑΤΟΝ.

℞ Ladani semunciam.

Styracis calamitæ gummosæ &
colatæ,

S 3

San-

Sandaracæ Arabum, i. gummi
Iuniperi, ana drachmas duas.

Succini,

Terebinthinæ Cypriæ, ana
drachmam vnam.

Coralliorum rub.

Mastiches, an. semidrachmam.

Florum Saluiæ,

Rosarum rubrarum,

Iridis Florentinæ, ana scrupulū.

Resinæ, ex aqua Rosacea lotæ
semunciam.

Resina, Ladanum, & Mastiche,
cum Styrace, Sandaracâ & Tere-
binthinâ, in mortario calido leui-
tèr contundantur, eò vsque s. a.
cum pistillo calido (Vini rub. gut-
tas aliquot aspergendo) donec in-
uicem coiuisse videantur: Tum
demùm Pulueres per vices immit-
tantur, ità vt diligenti agitatione
continuò factâ, ex omnibus ex-
actè commixtis fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM SINE

PARI,

ANONYMI ex manuscripto
excerptum.

℞ Thuris Libani,

Bdellij,

Styracis gummosæ, ana drach-
mas tres.

Ammoniacy,

Galbani, ana drachmam vnam
cum semisse.

Picis naualis drachmas sex.

Medullæ Ceruinæ,

Adipis Gallinæ,

Anseris, ana drachmas
duas.

Sulphuris viui ex lacte loti,

Pulueris Hermodactylorum,
ana sesquidrachmam.

Dissoluantur Gummi in Vino al-
bo tenui (non autem in aceto,
quod neruosis & membranosis
partibus est inuicem) & cum
Olei Rosati completi partibus du-
abus, Olei Ouorum parte vna, &
Olei Terebinthinæ modico fiat
s. a. Emplastrum.

STICTICVM PARACELSI.

℞ Olei oliuarum vncias sex.

Ceræ vnciam vnam semis.

Lithargyri triti vncias quatuor
semis.

Ammoniacy,

Bdellij, ana vnciam dimidiam.

Galbani,

Opopanacy,

Olei Laurini,

Lap. Calaminaris,

Aristolochiæ vtriusque.

Myrrhæ,

Thuris, ana drachmas duas.

Resinæ abietis, vel Terebinthi-
næ puræ vnciam vnam.

Oleum, Cera, & Lithargyrus si-
mul coquantur, dum digitis non
adhæreant; deinde massa ab igne
remota paulùm frigescere sinatur
addendo gummi dissoluta in ace-
to Vini albi, quod recoquendo
euaporet,

euaporet ; & coletur strenuè , postremò pulueres & Terebinthinã & Oleum Laurinum adjice , & fiat Emplastrum s. a.

E M P L A S T R V M S T O -
M A C H I C V M ,
M E S .

℞ Ligni Aloes,
Absinthij,
Gummi Arabici,
Mastiches,
Cyperij,
Costij,
Zingiberis , ana vnciam dimidiam.
Calami Aromatici,
Olibani,
Aloes, ana drachmas tres.
Caryophyllorum,
Macis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Nucis Moschatæ,
Galliæ Moschatæ,
Schoenanthûs , ana drachmam vnam semis.

Excipe Miuâ Cydoniorum, & fiat Emplastrum, vsus tempore extendatur super pannum , & suffumigetur ligno Aloes , & superponatur stomacho.

E M P L A S T R V M S T O M A -
C H I C V M M A G I -
S T R A L E .

℞ Menthæ,
Absinthij,
Stœchados,
Fol. Lauri , ana drachmam vnam:
Maioranæ,
Rosarum rubrarum,
Santali Citrini , ana drachmas duas.
Calami Aromatici,
Ligni Aloes,
Florum Lauendulæ,
Nucis Moschatæ,
Cubebæ,
Galangæ,
Piperis longij,
Macis , ana drachmam vnam.
Mastiches drachmas tres.
Caryophyllorû drachmas duas semis.
Olei Menthæ vnciam vnam semis.
Olei Nardini vnciam vnam.
Olei Spicæ drachmam vnam.
Resinæ ,
Ceræ, ana vncias quatuor.
Ladani vncias tres.
Styracis liquidæ vnciam semis.
Fiat Emplastrum.

D E C E R A T I S.

C E R A T V M A M M O -
N I A C V M.

℞ Ammoniacy dissoluti in aceto
vnciam vnam.

Vng. Dialthææ,
Empl. de Meliloto, ana semun-
ciam.

Furfuris Frumenti optimi cri-
brati vnciam.

Pulu. radic. Bryoniæ ficc.
Ireos ficc. ana sem-
unciam.

Pinged. Anatis,
Anseris,
Gallinæ, ana drach-
mas tres.

Olei Irini sesquiunciam.

Bulliant leuiter in mucilagibus
Sem. Lini.

Fœnugræci, ana q. s.

Adde Ceræ vncias quatuor.

Fiat Ceratum s. a.

C E R A T V M D E
G A L B A N O.

℞ Galbani præparati vnciam vnã
semis.

Asæ foetidæ vnciam dimidiam.

Sem. Dauci scrupulum vnum.

Myrrhæ rubæ drachmas duas.

Bdellij drachmam vnam.

Matricariæ,

Artemisiæ, ana drachmam di-
midiam.

Gummi dissoluantur in aceto, &
fiat Ceratum s. a. addita Ceræ q. s.

C E R A T V M O E S Y P A T V M,
G A L È N I.

℞ Oesypi vncias decem.

Olei Chamæmelini,

Irini, ana librã dimidiam.

Ceræ flauæ libras duas.

Resinæ libram vnam.

Mastiches.

Terebinthinæ, ana vnciam
vnam.

Spicæ Nardi drachmas duas se-
mis.

Croci drachmam vnam semis.

Ammoniacy vnciam vnam.

Styracis Calamithæ vnciam di-
midiam.

fiat Ceratum s. a.

C E R A T V M S A N T A L I N V M,
M È S.

℞ Rosarum drachmas duodecim.

Santali rubri drachmas decem.

Santali

Santali albi,
 citrini , ana drachmas
 sex.
 Boli Armeni drachmas septem.
 Spodij exEbore drachmas qua-
 tuor.
 Camphoræ drachmas duas.
 Ceræ albæ lotæ drachmas tri-
 ginta.
 Olei Rosacei vncias sex.
 fiat Ceratum s. a.

CERATVM STOMA-
 CHICVM,
 GALENI.

℞ Rosarum rubrarum,
 Mastiches , ana drachmas vi-
 ginti.
 Fol. Absinthij sic. drachmas
 quindecim.
 Spicæ Nardi drachmas decem.
 Ceræ mundæ vncias quatuor.
 Aquæ Rosacæ q. s.
 Olei Rosati libram vnā semis.
 & sic Vnguenti instar liquescit &

fluit ad extrema. tum adde
 Olei Rosati vncias octo.
 Ceræ vncias quatuordecim.
 Pulueres vt supra (præter Masti-
 chem quæ liquatur Oleo
 Rosato.)

EMPLASTRVM à
 NOSTRATIBVS,
 FLOS VNGVENTORVM
 DICTVM.

℞ Resinæ,
 Resinæ Pini,
 Ceræ,
 Seui ouini, ana libram dimidiā.
 Olibani vncias quatuor.
 Terebinthinæ vncias duas se-
 mis.
 Myrrhæ,
 Mastiches , ana vnciam vnā.
 Caphuræ drachmas duas.
 Vini albi libram dimidiam.

Coque simul in formam Cerati.

OLEA



OLEA CHYMICA.

OLEA EX HERBIS.

OLEVM ABSINTHII.

℞ Absinthij ficci libram vnam.

Aquæ fontanæ libras viginti.
Macerentur per horas viginti quatuor, & fiat distillatio per Alembicum magnum cum suo Refrigeratorio. Oleum cum aqua extrahes, quod separabis per infundibulum. Aqua, quæ exstillârit, ab Oleo separata seruetur ad nouam distillationem.

Eodem modo parantur,

Olea Ex floribus Chamæmeli,
Chelidonij,
Hyssopi,
Lauendulæ,
Maioranæ,
Menthæ,

Nasturtij,
Origani,
Pulegij,
Rosarum,
Rorismarini,
Rutæ,
Sabinæ,
Saluiæ,
Satureiæ,
Thymi,
Verbasci,

Et ex omnibus aliis floribus, & herbis calidis.

OLEA EX SEMINIBVS.

OLEVM SEM. ANETHI.

℞ Semin. Anethi contusorum libras duas.

Aquæ fontanæ libras sedecim.
Macerentur

Macerentur per viginti quatuor horas, deinde distillentur per Alembicum magnum cum suo refrigeratorio, extrahes Oleum, & aquam, quod separabis per infundibulum.

Eodem modo paratur

Oleum ex Semi- nibus	{	Anisi,
		Carui,
		Cymini,
		Dauci,
		Fœniculi,
		Frumenti,
		Petroselini,
Rutæ,		
Saxifragiæ, &c.		

OLEA EX BACCIS.

OLEVM EX BACCIS
IVNIPE RI.

℞ Baccarum Iuniperi recentium libras quinquaginta.
Contunde & pone in vase ligneo cum aquæ libris viginti quatuor. Addendo fermenti acrioris libram vnam: stent in Cellario, bene clauso vase, per tres menses: deinde distillentur per Alembicum cum conuenienti quantitate aquæ, post separationem Olei, reserua aquam, ad aliam distillationem.

Eodem modo fit,

Oleum ex Baccis { Hederæ,
Lauri,

OLEA EX AROMATIBVS.

OLEVM CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contusi libras quinque.

Aquæ fontanæ libras quinquaginta.

Macerentur per horas viginti quatuor, & distillentur per Alembicum magnum cum refrigeratorio.

Eodem modo paratur

Oleum	{	Caryophyllorum,
		Macis,
		Nucis Moschatae,
		Piperis,

OLEA EX CORTICIBVS.

Olea ex Corticibus ficcis,
Aurantiorum,
Citri,
Limonum,

Parantur eodem modo, quo Olea ex Herbis.

EX

EX LIGNIS.

OLEVM EX GVAIACO.

Oleum ex ligno Guaiaco fit per retortam in reuerberatorio clauso: separetur tenuior & suauior pars à foetidiorè, crassiorè; & rectificetur cum Sale, vel Tartaro calcinato, vel Colcothare, vel arena. Eodem modo fit Oleum è Buxo, Quercu, & aliis lignis solidioribus.

EX LIGNO SASSAFRAS.

Oleum Sassafras fit sicut Oleum Cinnamomi: Et sic fit

Oleum ex Ligno Rhodio,
Iuniperi,
Rorismarini,
Hederæ.

OLEA EX FVSILIBVS.

OLEVM CERÆ.

℞ Ceræ flauæ libram vnam.

Liqua, & adde pulueris Tegularum libras tres.

Misce, & pone in retortam, & extrahe Oleum igne conuenienti, rectificetur per retortam sine tegulis, additâ aquâ: Conueniens ignis est, qui primò extruitur supra retortam vsque dum exhibilare desierit,

dein infra retortam: Et hoc modo parantur

Olea ex Pinguedibus.

OLEA EX GVMMS ET RESINIS.

OLEVM MYRRHÆ.

℞ Myrrhæ contusæ libras sex.

Aquæ fontanæ libras triginta.

Salis nigri libras sex.

Misceantur, & distillentur per Alembicum.

OLEVM TEREBINTHINÆ.

℞ Terebinthinæ Venetæ libras viginti octo.

Aquæ communis libras nonaginta sex.

Imponantur in vas cupreum amplum cum suo cooperculo, & refrigeratorio: sic exstilletur Oleum tenue, & album, & in fundo restabit Colophonia, si ignis augetur. Oleum istud album, instar aquæ, commodè extrahetur sine empyreumate in B. M. in vase vitreo; si verò flauum & rubrum velis, opus est validiori igne, vt cinerum aut arenæ sine aqua in vase vitreo.

OLEVM

OLEVM BALSAMI

Pet. Apon. Concil.

℞ Myrrhæ,
 Aloes,
 Spicæ Nardi,
 Sanguinis Draconis,
 Thuris,
 Mumiaë,
 Opopanacis,
 Carpobalsami, vel cubebarum,
 Bdellij,
 Ammoniaci,
 Sarcocollæ,
 Croci,
 Mastiches,
 Gummi Arabici,
 Styracis liquidæ, ana drachmas
 duas.
 Ladani,
 Castorei, ana drachmas duas
 semis.
 Moschi semidrachmam.
 Terebinthinæ ad pondus om-
 nium.

Terenda terantur, misceantur om-
 nia, & distillentur in Alembico
 secundùm artem.

OLEVM LATERICVM,
PHILOSOPHORVM

quod dicitur,

DIVINVM SANCTVM,
MAGISTERII,

M E S.

℞ Lateres è terra rubente antiqua-
 tos, in frustra comminutos ad

pomi magnitudinem; quæ fru-
 stula in prunis ignita tota ex-
 candescant; exempta extin-
 guantur oleo Rorismarini, vel
 claro veteri, dum se impleue-
 rint: exempta iterum terantur
 tenuissimè. Puluis in vitream
 iniiciatur Retortam seu Cucur-
 bitam, fornaci ritè adaptatam,
 luto conclusam chymico, per
 sublimationem distillandus. O-
 leum eliciatur prunis, excipi-
 atur phialâ subiectis: & quo
 antiquius, eo valentius obsera-
 tum recondatur.

Oleum Ligustrinum, Cyprinum,
 seu de Alcanna, Mesuæ, Ex flo-
 rum Ligustri vnciis quatuor,
 Olei veteris vnciis decem.

Oleum Liliorum alborum, Ex flo-
 ribus, & oleo veteri claro, vt
 Rosaceum, sed abijciantur vn-
 gues crocei.

Et simplex è flor. Liliorum Con-
 uallium adsimile.

OLEVM THVRIS.

℞ Thuris q. s. ponè in retortam:
 extrahe Oleum igne conueni-
 enti: post rectificetur per se, vel
 addito sale, vel arenâ.

T

Eodem

Eodem modo fiunt

Olea { Ammoniacy,
Benioini,
Carannæ,
Gagatis,
Mastiches,
Opopanacis,
Sagapeni,
Styracis liquidæ,
Tacamahacæ, &c.

OLEA EX MINERALIBVS,
ET LAPIDOSIS.

OLEVM ANTIMONII.

℞ Antimonij crudi, Mercurij sublimati, ana libram vnam.

Fiat puluis indendus retortæ vitreæ, cuius collum fit latum, detur ignis per gradus in reuerberatorio clauso. Stillabit in vas recipiens pinguedo, cuius pars collo retortæ adhærens supposito leui igne liquetur. Ista pinguedo in Alembico paruo rectificetur, vel in retortula, & feruetur hoc coagulum; quod si liquidum velis, phiala aperta relinquatur in cella, abibit in aquam sive oleum diligenter asseruandum vase probè obturato.

OLEVM ARSENICI.

CrySTALLINUM Arsenicum (priùs sublimatū cum solo Colcothare) commisce cum æquali pondere Salis Tartari, & Salis Petræ: & inter vrceolos duos (quorum superior sit perforatus) calcinentur, vsq; dum nullus fumus ascenderit. Materiam sic calcinatam in aqua calida solues, vt inde Salem extrahere possis; puluerem, qui subsiderit, imbibe liquore Tartari, & exicca ad ignem; idque ter facias. Rursus materiam in calida dissolue, vt Salem eximas; & remanebit puluis candidissimus, & fixus; qui in loco humido soluetur in oleum pingue butyri instar.

OLEVM SALIS.

℞ Salis nigri Gallici (calore Solis, non vi ignis, facti) quantum vis.

Exiccetur supra ignem, cui adde

Terræ luteæ calcinatæ tantundem.

Contundantur simul in Mortario, priusquam penitus refrixerint, deinde impleatur retorta cum collo longiori, benè lutata, & ponatur in fornace anemia, cum recipiente capaci benè lutato cum argilla temperata: ignem auge per gradus

gradus, & intra duodecim vel quatuordecim horas habebis Oleum in recipiente: vbi fornax refrixerit, & fumi probè sedati fuerint, effunde oleum; & seruetur in vase optimè clauso, ne aeris vim sentiat: Et rectificetur à phlegmate.

Melius parabitur Oleum Salis, si Sal fusus dissoluatur in aqua pluuia, atq; ex his paretur muria, quæ supernatâs ouum sustineat, deinde Laterum candentium frustula in ista muria extinguantur, donec falsus liquor planè absorbeatur, terantur lateres crassiusculè; indatur puluis retortæ luto exactissimè obductæ tenaci, & detur ignis apertus ad summum gradum vsque & rectificetur à phlegmate.

OLEVM SVCCINI.

℞ Succini flauī vncias duodecim,

Fiat puluis cui in phiala ampla vel retorta affunde tantundem acetī vini albi acerrimi, digerantur in fimo per octiduum, mox addito arenæ siccissimæ vel silicum fluuiatilium in puluerem tritorum duplo per retortam fiat distillatio in arena subdito igne per gradus.

Oleum rectificetur ex arena, vel Sale, vel Tartaro calcinato semel, & tandem cum aqua pluuia.

OLEVM SVLPHVRI.

℞ Campanam vitream sexdecim ad minus librarum capacem (quò enim largior, eò melior) ponatur supra metretam terream, cum tribus, vel quatuor sustentaculis, quibus campana commode aptari poterit; deinde impositâ Sulphuris quantitate sufficienti in ollam terream sic mutinam, vt possit ignis vim sustinere, vratur Sulphur sub campana, superinjiciendo nouum Sulphur, vbi prius consumptum fuerit; fiat autem hæc operatio in cœlo & loco obscuro, cum nec venti vigent, nec Sol splendet.

Maior habetur Olei quantitas, si vas Sulphur continens fornaculæ imponatur subdito igne, ita vt Sulphur perpetuò sit in fusione. Quidam tigillis Sulphur continentibus, ad fundum vsque indunt ellychnia Sulphure fusò imbuta, quibus accensis flamma non extinguitur.

Paretur autem loco subterraneo, vt in cella, vdo & pluuio cœlo.

Antequam Sulphur accensum campanæ supponatur, suffumigetur campana fumo Saluiæ.

OLEVM TARTARI.

℞ Tartari q. v. imponatur in retortam amplam, eâ proportione

vt tertia pars vasis impleatur, distil-
letur in arena igne forti, post (se-
parato prius Oleo ab Aqua siue
spiritu Tartari) cum multa aqua
rectificetur, cuius foetor aliquate-
nus corrigetur, si in vase aperto sub
dio diu relinquatur, praesertim ad
Solem: Quoniam tamen Salis dis-
soluti liquor vulgo prostat, pro
Oleo Tartari ita paretur:

LIQVOR TARTARI,
vulgo **OLEVM TAR-**
TARI dictum.

℞ Tartari vini albi q. s. imple pro-
pmodum eo vas terreum non vi-
tratum, in fornace anemia calcine-
tur per horas duodecim, vbi refri-
xerit ponatur in Manicam Hippo-
cratis, quae suspendatur in cella hu-
midiori vt dissoluatur, supposito
recipiente conuenienti. Residuum
quod manicæ post solutionem
adhæserit, dissoluatur in aqua
communi, deinde filtretur, postea-
que euaporetur, quoad incipiat
affimilari Alumini.

OLEVM VITRIOLI.

℞ Vitrioli Vngatici, vel etiam An-
gelici optimi q. v. liquetur in ca-
cabo, mox diuidatur in crassiora
frusta, quae imposita prunis vran-
tur ad flauum vsque colorem ad

rubedinem aliquantulum acceden-
tem. Fiat Puluis irrorandus optimo
spiritu vini, ponatur in retortas
Wallemburgias, vel similes fictiles
ignis patientes, & detur ignis per
gradus ad summum vsque, per tri-
dium, donec recipientia, quae an-
tea tumultuantibus fumis obscu-
rabantur, clara euadant. Liquor
stillatitius rectificetur, & separen-
tur ab inuicem, Vini spiritus, Vi-
trioli spiritus acidulus, & validissi-
mum ac valde ponderosum O-
leum.

AQVA MELLIS.

℞ Mellis purissimi libras quatuor.
Arenæ siccissimæ libras duas.
Ponantur in cucurbitam tam
capacem, vt materia quintam sal-
tem vasis partem occupet, atque
in Balneo phlegma in cineribus
paulò intensiore gradu ignis a-
qua acida flaua proliciatur.

AQVA FORTIS.

℞ Vitrioli exsiccati libras duas: Sa-
tis petiæ repurgati libram vnâ:
tere simul & retortæ optimo Lu-
to Loricatæ impone & collo-
ca in fornace reuerberij, appo-
sitoq; recipiente amplo distilla
per gradus, spacio viginti hora-
rum: aquam exemptam clari-
fica cum drachm. i. argenti se-
artem.

PRÆ-

PRÆPARATIONES
CHYMICÆ MAGIS
VSVALES.

CHALYBS PRÆPARATVS
PER INSOLATIONEM.

℞ Chalybem per Magnetem à for-
dibus repurgatum : humecte-
tur toties aceto vini albi acerri-
mo, & siccetur ad Solem, donec
possit in porphyrite teri in pul-
verem impalpabilem, affusâ
paucâ aquâ Cinnamomi. Suffi-
ciet autem duodecies irrorare,
& siccare, mox in mortario fer-
reo terere, tandem læuigare, &
seruetur ad vsum.

CHALYBS PRÆPARATVS
PER VSTIONEM.

℞ Chalybem (vt supra) mundatū :
extinguatur candens duodecies
in aceto albo acerrimo, & toties
in vino Canarino aut Maluati-
co generosissimo, siccetur, & (vt
supra) tritus in porphyrite cum
aqua Cinnamoni læuigetur, &
seruetur ad vsum.

CREMOR SIVE SAL
TARTARI.

℞ Tartari vini albi, aut Rhenani

quantum volueris, teratur sub-
tilissimè, & transmittatur per
setacum, puluis abluatur ter
quaterve aqua frigida ad elu-
endas fordes, deinde bulliat in
aqua fontis clara, in ampla pa-
tina, vel olla fictili vitriata, len-
to saltem fremitu; spuma prima
tollatur. Crustæ autem super-
natantes, quæ successiuè con-
crescēt in aquæ superficie, post-
quàm totam superficiem ocu-
pauerint, colligantur cochleari
ligneo perforato, & extendan-
tur in charta bibula, Abluantur
denuò aquâ frigidâ, siccentur
optimè, & in porphyrite leui-
gentur in Alkool. Seruetur
Puluis in ampulla vitrea, &
nullum attingat metallum.

CROCVS MARTIS:

℞ Laminas ferri vel Chalybis,
quæ candentes aut scintillantes
condantur Magdaleone, vel
frusto magno Sulphuris, sub-
iectâ pelui aquæ plenâ, fluet
instar ceræ ferrum, quod à sul-
phure separatum teratur in

mortario ferreo in puluerem subtilissimum. Extendatur puluis in quadratis conchis fictilibus, quæ transuersum digitum altitudine non superent: Pone ad flammam reuerberij, quæ valido flamine materiam lambat per tres vel quatuor dies; commodissimè id fiet in fornace vitrariorum; Materia instar spongiæ eleuabitur rubicundissima, cuius superficies instrumento ferreo lato colligatur, reliquum (vt supra) ignis flammâ vrgeatur, donec totum ferrum sit conuersum in pollinem tenuissimum, instar farinae volatilis. Poterit etiam parari ex limatura ferri in igne reuerberij sine Sulphure.

CROCUS METALLORVM.

℞ Antimonij per longas venas scintillantis, Salis petrae purissimi, ana partes æquales, reducantur in puluerem seorsim, mox commisceantur; Ponantur in mortarium æneum ferreumue, mox iniectâ prunâ materia incendatur, quæ cum fragore & strepitu exuretur; superponatur (relieto tamen triû digitorum interuallo) regula, aut patella ferrea, donec stridor cessauerit: Materia Matellina instar vitri fusi fusce ru-

bens separetur à crusta albicante, & seruetur ad vsum: deinde dulcoretur aquâ simplici destillatâ ter affusâ.

FLORES SVLPVVRIS.

℞ Sulphuris flauis, quod, si manibus contrectetur stringendo, auribus admotû crepitat, quantum volueris: teratur cum p.æ. Colcotharis Vitrioli, ex Olei destillatione residui: ponantur in bocciam oblongam, seu vesicam fictilem, superposito capitello vitreo satis amplo, atque in arena dato igne per gradus, pellantur flores in Alembicum, pede leporino deturbandi.

Subtiliores euadent, si denuò cum eadem Colcotharis noui quantitate sublimentur.

LAPIS INFERNALIS, SEPTICVS.

℞ Lixiuium, è quo Sapo niger coquitur: id sartagine exceptum, in lapidem vitro. Caueas tamen, ne omnis liquor absumat & arescat. Cum refrixerit, in formam tesserarum scinditur, & vitro rectè obturato seruatur.

Aliter.

℞ Vitrioli ad rubedinem calcinati vncias duas.

Salis

Salis Ammoniaci vnciam vnam.

Tartari ad albedinem calcinati, Calcis viuæ, ana vncias tres.

Tritis affundatur Lixiuuum Ficulneum, vel Tithymallinum, vel Saponis, sæpiusque transcolatur, donec materia tota ferè dissoluatur. Colatura coquatur in vase æneo ad liquoris consumptionem: quod relinquitur seruetur in vitro ad vsum.

LAPIS PRVNELLÆ,
Seu
NITRVM SVLPHVRE,
PVRGARVM.

℞ Salis petrae purissimi, & in stirias Crystallinas coagulati libram vnam. Ponatur in crucibulum, vndique admotis & suppositis prunis, non accendetur, sed fluet instar metalli: huic fuso, per frustula (instar minorum auellanarum) injiciantur vnciae duæ flor. Sulphuris, quod postquam consumptum fuerit, nitrum instar aquæ fluidum effundatur in peluim æneam, & postquam concreuerit, seruetur in vase vitreo probè clauso, ne subeat aer, cuius appulsu dissoluitur.

MAGISTERIVM PER-
LARVM ET CO-
RALLIORVM,
IN QVO ETIAM SALES
EORVM CONTINENTVR.

℞ Perlarum, vel Coralliorum, quantum volueris, terantur, & læuigentur in puluerem subtilissimum; Pulueri affundatur ea quantitas spiritus aceti radicati, quæ supernatet tribus digitis vel quatuor, fiat digestio in cineribus, donec fiat dissolutio; Cessante ebullitione decantetur liquor à corpore, & nouus affundatur ad omnimodam usque dissolutionem. Liquor trajiciatur per chartem emporeticam, huic colato affundatur paulatim Oleum Tartari, ex sale per deliquium paratum. Præcipitabitur puluis albus, per inclinationem à dissolvente separandus, & ad dulcedinem, seu incipiditatem aquâ pluuiâ, tandem aquis cardiacis abluendus. Acetum radicum fit, si aceti spiritus ex sale marino decrepitato eleuetur in arena.

MERCVRIVS DVLCIS
SVBLIMATVS.

℞ Sublimati, præparati cum Sale & Vitriolo vncias duas, Mercurij crudi, purificati cum Sale & Aceto & triti in marmore, sesquiunciam. Teratur Subli-

matum in puluerem tenuissimum, quem crudo post exactè admiscebis, eodem in marmore. His ità mixtis, puluerem impone phialæ pedalis longitudinis. Locetur phiala (glossypio obturata) ad eius medietatem in arena tum primùm adde ignem lentum; dein paulatim prunis accensis, per gradus ignis augeatur, per sex horas. Quod sublimatum ascenderit in regionem mediam, id colligatur: quod in supremam, venenatæ admodùm est qualitatis, vlceribus solummodò externis aptum: quod residet in ima vasis parte, nulli est vsui. In medio quod sublimatum si dulce sine acrimoniâ, res rectè habet, sin minus, secundò opus iteretur, Mercurius (vt antea) iterum sublimetur, vt viuum crudum ascendentem separet, & sic deinceps. Nam quò sæpiùs reiteratur opus, eò perfectius euadit medicamentum.

MERCVRIVS DVLCIS PRÆCIPITATVS.

℞ Mercurij crudi ex Sale marino per retortam pulsi, vel ex Cinnabari vulgari reuiuificati, partem vnã, Aquæ fortis (ex partibus duabus Vitrioli calcinati, & parte vna Salis Petræ desiccati paratæ partes duas, fiat

dissolutio in phiala super cineribus tepidulis: Paretur muria ex aqua pluuiã, & salix marini tanta quantitate, quantam ipsa aqua poterit dissoluere, filtretur, vel per chartam emporeticam agatur: In hanc muriam, quæ ouum immissum sustineat, effundatur Mercurij solutio: Illi- cò præcipitabitur puluis albus, ad insipiditatem abluendus aquâ pluuiã tepidulâ, deinde etiam aquis cardiacis, & recon- dendus post exiccationem vase vitreo.

MERCVRIVS VITÆ.

℞ Oleum Antimonij ex eius & Mercurij sublimati æquis partibus destillatum in pinguedinem ad aerem in aperto vase, dissolubilem. Projiciatur in aquam purissimam, quæ illico lactea euadet, atq; præcipitabitur puluis niueus multiplici ablutione aquæ pluuiæ tepētis dulcorandus, & seruandus ad vsum.

SACCHARVM SATVRNI.

℞ Minij quantum volueris cui in phiala affunde tantum aceti distillati (spiritus videlicet ab omni phlegmate separati) quantum satis, vt supernatet quatuor digitis: fiat digestio in B. vel fimo per horas viginti
quatuor

quatuor : separa acetum dulce, nouumq; affunde toties, donec nulla dulcedo ampliùs extrahatur. Liquores omnes mixtos in vase fictili lapideo non poroso, quod ignem ferre valeat : impone igne lento, & fiat exhalatio donec in superficie concrescat pellicula. Vas relinquatur in cella, & quæ congelabuntur Crystalli à residuo liquore separentur. Liquor iterum exhalet ad pelliculam, & fiat vt suprà, donec nullæ ampliùs Crystalli concrescant. Tandem fiat dissolutio in aqua pluuiæ distillata, filtratio & coagulatio Sacchari Cristallini dulcissimi.

SAL VITRIOLI.

Carneus.

℞ Vitrioli Vngarici, vel Anglici quantum volueris : ponatur in Crucibulum amplum circumposito igne, donec fiat puluis violaceus, siue obscure purpureus. Calx ista Vitrioli per partes projiciatur in phialam amplam vitream, in qua sit aqua communis destillata, continuò agitando baculo, donec aqua, quæ primò valdè incalescit, de nuò refrigescat. Sinantur omnia per horas viginti quatuor; filtretur liquor per chartam gri-

seam bibulam : tandem in scutella vitrea fiat exhalatio ad siccitatem, & seruetur Sal rosei seu carnei Sal vitrioli albus coloris.

Item Vitriolum album dissoluatur in aqua distillata, dissolutio agatur per filtrum chartaceum, & vel crystallizetur vt Plumbi Saccharum, vel per omnimodam exhalationem reducatur in Salem album, seu Vitriolum depuratum.

T V R B I T H M I N E.
R A L E.

℞ Mercurij crudi purissimi, Olei Vitrioli ab omni phlegmate separati, ana partes æquales : ponantur in phialam, quæ imponatur primò cineribus calidis, deinde pedetentim ipsis prunis, dato igne per gradus, donec totum Vitrioli Oleum abierit in auras, restante in fundo vasis massâ albâ, quæ separata à porriuncula Mercurij crudi, projiciatur in aquam distillatam, vel pluuiam. Illico flauescit, abluatur sæpiùs aquâ tepidâ ad dulcedinem, mox etiam aquis cardiacis, & siccetur.

VITRVM ANTIMONII.

- ℞ Antimonij splendidi & scintillantis quantum volueris: tritum subtilissimè conjiciatur in vas fictile amplum, & succensis carbonibus vrgeatur sub dio continuò agitando rudiculâ ferreâ, donec in glebas concre-scat: tunc iterum teratur in puluerem, fiatque vt supra donec concre-scat iterum, & tam-diu iteretur labor, donec splendor omnis euanuerit, vapor nullus eleuetur, & Stibium sit instar cineris albicantis: nulumque edat fumum, puluis in laminam candentem proiectus.
- ℞ Huius calcis libram semissem, Boracis, seu Chryfocollæ factitiæ semunciam: vel accipe Calcis Antimonij vncias tres, Salis gemmæ semidrachmam. Ponantur in fictile vas fusoriû aurifabrorum, crucibulum dictum, quod tegulâ tectum igni validissimo exponatur, donec materia fluat instar aquæ: projiciatur in peluim tonsoris, & vitrum hyacinthinum reseruetur.

TARTARVM VITRIOLATVM.

- ℞ Liquoris Tartari (vt prius) præparati vncias quatuor. Olei Vitrioli optimè rectificati vncias duas; illudque guttatim supra Tartari liquorem in vitro capaci instilla: sic fiet coagulum albissimum; humiditas supernatans euocetur lento calore ad siccitatem Salis: & seruetur ad vsum.

NEPENTES OPIATVM.

- ℞ Tincturæ Opij cum aceto distillato primò, deinde cum spiritu vini paratæ. Extracti Croci per Vini spiritum, ana vnciam vnam.
- Salis Perlarum & Coralliorum, ana vnciam dimidiam.
- Tincturæ Specierum Diambre drachmas septem.
- Ambre griseæ drachmam vnam.
- Misce coagula ad form. pilul. lento balnei calore.

EXTRAC



EXTRACTORVM

CONFICIENDORVM

RATIO.

Quoniam multi Extractorum laudes mirificè prædicant, licèt illa effectui, vti continua exploratum habemus experientia, minimè respondeant, ne aliorum votis penitùs deesse videamur, hïc generalem ipsorum conficiendorum modum & rationem subiungere potiùs, quàm futilem & inutilem hinc inde desumptam Receptorum farraginem congerere, & rudioribus vana ostentatione imponere visum est.

℞ Massæ cuiusvis pilularum, siue specierum, puluerumue quorumlibet, quantum vis: infundantur ista, siue istorum quodlibet, in aquæ stillatiæ intentioni Medici præscribentis accommodatæ, quantitate sufficienti: stent in calore balnei bîduò, aut si duriora fuerint tri-duò, donec omnis materiæ in-

fusæ tinctura extrahatur: quòd si experiri placuerit, sitne tota educta, primus liquor per manicam Hippocratis transeat, aut chartam emporeticam; affundatur reliquis liquor nouus, rursus dirigendo vt priùs, quo tincto, procedendum est vt antea. Liquores sic collecti, modo tincti, in balneo M. positi
lento

lento calore euocentur; materia in fundo ad mellis consistentiam redacta, reseruetur ad usum: ut diuturniore tempore maneat humecta. Salis proprii aut alterius idonei momentum adijcere conuenit: uidelicet cuiuslibet vnciae extracti scrupulos duos vel drachmam dimidiam Salis.

Aquis stillatitiis addi solet, Olei Vitrioli, aut Sulphuris, liquorisue cuiusuis acidi ut Olei Salis, ea quantitas, quæ gustui non

futura est ingrata, ut altiùs & expeditiùs in partes rerum solidarum durarumque intimas penetret, & effrænam medicamento purgantis vim operationemque retundat: his intentionibus Vini spiritus abunde satisfacit, sed eius tum potissimum usus est, cum medicamentorum cordialium humidum radicale & primigenium desideramus, vel medicamenta purgantiora fortiora, vel opiata, præparare volumus.

SALIVM



**SALIVM EX OMNI
GENERE VEGETABI-
LIVM CONFICIENDO.
RVM MODVS.**

QVI ex plantis elicitur, sal duplex est: vnus volatilis, qui ignis violentia facillimè discutitur & euanescit, (quem & essentialem vocant) alius fixus, qui ignis intensiorem gradum sustinet, & in cineribus relinquitur.

**MODVS CONFICIENDI
SALIS VOLATILIS
Sive
ESSENTIALIS.**

Sal volatilis sic paratur,

℞ Plantæ alicuius conuenientis, recentis, & succulentæ amplam satis quantitatem; contunde in mortario ligneo vel lapideo, & affusâ aqua pluuiali depuratâ vel fontanâ clara, multâ, coquatur ad medietatis consum-

ptionem. Decoctum exprime fortiter, & cola. Colaturam iterum coque vsque ad spissitudinem mellis liquidi. Quod reliquum est decocti, ponatur in vase vitreo vel fictili vitreato in locum frigidum per octiduum saltem, & sal crystallinus concreset in modum salis gemmæ. Effuso decocto colligitur, & propriâ aquâ abluitur, & siccat. Hoc modo conficitur Sal ex Absinthio, Carduo benedicto,

Artemisiâ, & ex aliis etiam herbis amarulentis facillimè ; ex dulcioribus autem non item, vel cum summâ difficultate.

MODVS CONFICIENDI
SALIS FIXI

Siue

ELEMENTALIS.

Salis huius præparandi ratio his quatuor constat,

Calcinatione,

Solutione,

Filtratione,

Coagulatione,

Vt ritè igitur conficiatur, primò omnium cineres albi calcinatione procurandi sunt; vbi tamen cautio fit, ne nimiâ combustione vel in vitrum abeant, vel auolet subtilior pars salis, quod sæpè accidit in calcinatione Cochleariæ, & aliarum etiam eiusdem naturæ plantarum. Deinde ex cineribus (affusâ aquâ clarâ, purâ, ebulliente, donec omnis falsedo extracta fue-

rit) lixiuium fiat. Lixiuuium filtra, & in vase fictili ad carbones lento igne coque vt aqua exhalet, & sal relinquatur, cui depuratio vltior necessaria est: soluatur igitur denudò, filtretur & demùm coaguletur: repetitâ enim, & crebrâ filtratione, ac solutione sal omnem impuritatem deponit, ac planè albus ac mundus euadit: & hic modus generalis est. Sic enim parantur sales ex herbis, fruticibus, & arborum cuiuscunque generis particulis in cineres albos redactis, quod verum etiam est de partibus animalium calcinatis, & aliquibus etiam lapidibus: sed hæc obiter. Inter sales fixos excellunt, Sal Absinthij, Thymi, Rorismarini, Centaurij minoris, Artemisiæ, Cardui benedicti, Imperatoriæ, Petroselini, Ononidis, Fraxini, Ebuli, Guaici, Buccis, Chamæmeli, Hyperici, Cichorij, Chelidoniæ, Cochleariæ, Betoniciæ, Eupatorij, Melissæ, Ceterach, &c.



MEDICAMENTORVM
 QVORVNDAM PRÆPARATIO-
 NES PHARMACOPOEIS APPRIME
 NECESSARIÆ.

ÆRIS VSTIO.
 A V G.

ÆRis bractæ in fictile im-
 mittantur, interposito in-
 ter singulas lamellas Salis com-
 munis, aut Sulphuris puluere,
 atque sic stratum super stratum
 paretur, quod igne vratur ad
 sufficientiã; cinis relictus aquã
 calidã sæpiùs affusã dulcoretur,
 qui rubicans euadit à Sale vel
 nitro, Niger si per Sulphur
 præparetur.

ALOEN ABLVENDI
 MODVS.

R Loes subtiliter tritæ q. v.
 imponatur in ollam vi-
 treatam cum aquæ bullientis
 quantitate sufficienti, vt duo-

bus aut tribus digitis supernatet
 aqua spatulã agitando, vt partes
 Aloes puriores aquæ commif-
 ceantur, quã effusã alia aqua su-
 perinjiciatur calida, & similiter
 agitur & effundatur, vt sordes
 partesque impuriores segregari
 possint, purissimæ autem aquæ
 simul collectæ, euaporatione
 humiditatis redigantur in Mas-
 sam vsui asseruandam.

ANTISPODII PRÆ-
 PARATIO.

R Eboris electi, secti in frustra
 haud parua q. v. cõburan-
 tur in olla vel patina aperta in
 fornace figulina, donec penitus
 albescant; quæ postea, subti-
 lissimè trita lauentur aqua Ro-
 sacea, (sint libræ duæ ad lib. i.
 V 2 eboris)

eboris) & denuò ficcata abluantur eadem quãtitate rosaceã, & tertio, cum Cáphorã drach. quatuor, in libra rosaceã dissolutis; tum læuigata in marmore formentur in Trochiscos vsui afferuandos.

Simili modo ex cornu Cerui fieri potest.

BOLI ARMENI PRÆPARATIO.

HVius præparatio à multis Aquã Rosaceã perficitur, ab alijs verò Aceto, à nonnullis cum Vino; Bolum autem læuigatum soluunt toties, dum sordes & arenulæ auferantur, dein ficcatus in aere vel Sole, tectus reponitur:

BRYONIÆ FOECVLA.

R Radicum Bryoniæ q. v. cultello abradantur, & succus prælo forti exprimatur, qui in vasculis sine motu detentus post paucas horas, fœces albissimas instar Amyli deponet, àqua turbida supernatante, qua per inclinationem separata, fœces desiccantur in vitreatis vasculis.

BVTYRVM MAIALE.

RVtyrum recens sine sale sub mensis Maij medio vel circa finem collectum, imponatur in vas terreum vitreatum latum, & in Sole collocetur, vt vndique liqueatur: quod optimè liquatum, dum Sol est feruentissimus, transcolètur per pannum lineum spissum, & non exprimatur; quod denuò Soli expositum; & tandem album factum rursus coletur, & reseruetur per totum annum.

CALCIS VIVÆ ABLVTIO.

TRita Calx in catino copiosã aquã dulci miscetur, potissimum tempore Canicularium, & multum agitur, cumque in fundo resederit, mutatur aqua, ac commiscetur denuò, atque id repetitur septies vel octies, singulis vicibus per filtrum colando: tandem Rosacea affunditur, & Calx ficcata afferuatur.

CANCROVVM FLV. VIATILIVM VSTIO.

CAncri fluuiatiles viui assentur in ænea patella ad ignè temperatum

peratum (haud vehementem)
positâ , donec in tenuissimum
puluerem redigi queant : dein
pulueriscentur , & pulus recon-
datur in pyxide munda ; & ser-
uetur in loco sicco ; & hic pul-
uis durat per annum.

LIMATURÆ CHALYBIS
PRÆPARATIO
VULGARIS.

℞ **L**imaturæ Chalybis q. v. ab
omni immūditie per ma-
gnetem depurata, deinde laue-
tur aquâ dulci, & protinûs exic-
cetur , deinde irroretur aceto
vini fortissimo , sæpiûs vndi-
qua; inuertendo , exponatur,
& exiccetur in vmbra bis terue
inspergendo nouum acetum,
sicq; stet per dies triginta , post-
eâ teratur in puluerem tenuissi-
mum, & seruetur vsui.

In Chalybe qui præparatur
ad ignem cum Sulphure, ob-
seruandum est , vt nisi sapor
Vitriolatus remaneat in Cha-
lybe per vstionem , vini aperi-
endi amiserit , & sit inutilis.

CORALLIORVM ET LAPI-
DVM PRETIOSORVM
PRÆPARATIO.

Coralliâ & Lapidem pretiosi,
eodem modo præparentur,
quo Margaritæ, folio sequente.

CORIANDORVM
PRÆPARATIO.

Coriandorum semina acri A-
ceto horis viginti quatuor
macerentur , deinde siccata re-
condantur. Eodem modo præ-
parentur semina Cymini.

ELATERII PRÆ-
PARATIO.

℞ **C**ucumberum agrestium iâ
penè maturorū q. v. scin-
dantur supino cultro ; & suc-
cus leuissimè primoribus digi-
tis exprimatur, & trajiciatur per
sataceum tenuissimum , deinde
resideat dum crassiorem depo-
suerit partem , tunc tenuior su-
pernatans effundatur per incli-
nationem in aliud vas terreum
mundum vitreatum : & linteo
coopertum. Soli exponatur
dum exaruerit , & seruetur ad
vsu.

RADIC. ESULÆ
PRÆPARATIO.

Cortices Esulæ benè munda-
tos infunde per triduum in
Aceto vini acerrimo , deinde
exiccetur , & seruentur vsui.

Eodem modo præparantur

Folia Lauriolæ,
Mezerei.
Fructus Thymelææ, i. grani
Gnidij.

EUPHORBII PRÆ-
PARATIO.

EVphorbium subtilissimè pul-
uerisatum in lapide, cum s. q.
Olei Amygdalarum dulcium,
instar Collyrij fricatur, & atte-
ritur; Massa postmodum po-
mo Cydonio excavato, vel Ci-
trio inditur, pastâque panis
obvoluitur, & sic in clibano
coquitur. Euphorbium sic præ-
paratum vase vitreo benè ob-
turato reconditur.

GERSÆ SEV CERVSSÆ
SERPENTARIÆ FA-
CIENDÆ MODVS.

Radicum Ari primo Vere,
antequã in folia abeunt,
collectarum quantum vis: ab-
luantur & mundentur ab exte-
riore cortice, deinde in morta-
rio lapideo contendantur, &
succus prælo extrahatur, qui
lintheo tectus Sole exiccetur, po-
steâque aquâ Rosaceâ lauetur,
rursusq; siccetur, & reponatur.

HELLEBORI NIGRI
PRÆPARATIO.

Radices Hellebori nigri, pro-
ut apud nos habentur, dem-
ptâ lignea medullâ, triduo ma-
cerentur in succo Cydoniorû,
moderato calore, postea benè
exiccatae reponantur.

SANGVINIS HIRCINI
PRÆPARATIO.

Hircum mediocris ætatis do-
mi alito per mensem, illi ex-
hibendo Pimpinellâ, Apium,
Petroselinum, Maluam, Leui-
sticum, & similia; deinde san-
guinem eius, qui ex arteriis a-
pertis fluxerit excipito, & con-
crescere finito, aqueum icho-
rem effunde, grumos verò san-
guinis in furno exicca. Ma-
ctandus autem est Hircus sub
finem æstatis, circa dies Cani-
culares.

HIRVNDINVM
VSTIO, AVG.

PVlli Hirundinû ita iugulen-
tur, vt sanguis super alas de-
fluat: hi modico trito Sale as-
pergantur, ac in nouo fictili vi-
treato probè obturato vrantur,
cinis

cinis referuetur ad vsum.

Eodem modo comburuntur
Erinacei, Bufones, Ranæ, sed
sine Sale.

LACCÆ PRÆPARATIO.

℞ **L**accæ immūdæ (alioquin
frustraneum esset opus,
quod sincerū est lauare) parūm
fractæ, non in puluerem reda-
ctæ, quantum vis, decoquatur
in aqua, cui Aristolochia &
Schoenanthos, ana p. æ. inco-
cta; donec purior pars super-
nater, sordesque in fundo sub-
federint; purior illa pars afe-
ratur, & in sole tecta, vel vapo-
rario exicetur, & sic referuetur
ad vsum.

LAPIDIS LAZULI
PRÆPARATIO.

Lapis Lazuli minutissimè
confractus aquæ injiciatur,
sæpiùs agitando, deinde vbi
subsederit, aqua effundatur; idq;
toties repetatur, donec aqua
pura maneat. Illud vero obser-
uandum, quòd hæc præparatio
ad pilulas satis fit commoda;
sin verò ad Confectionem Al-
kermes adhibeant, vstione
præparari debet.

L V M B R I C O R V M
PRÆPARATIO.

Lumbrici fissi & mundati q. v.
Vino toties lauentur, donec
omnem impuritatem deposue-
rint; deinde siccentur, & repo-
nantur.

M A R G A R I T A R V M
PRÆPARATIO
V V L G A R I S.

Margaritæ in mortario ex
Chalybe, vel ex ferro fuso,
comminuantur, & in pollinem
tenuissimum redigantur, tantillo
interim aquæ Rosaceæ affuso,
ne partes subtiliores auolent, &
ita securiùs conseruantur, ne
earum virtus exhalatione absu-
matur.

M I L L E P E D V M
PRÆPARATIO.

℞ **M**illepedum q. v. abluito
diligenter Vino albo ge-
neroso, mox in ollam conjicito
nouam vitreatam, ac postea in
furno exicentur, vt possint in
puluerem redigi.

OESIPVM FACIENDI
MODVS.

LAnæ succidæ, hoc est, nondum purgatæ, quæ ex collo, coxis, & alis ouium defatigatarū fuerit detonsa, affundatur aqua feruens pluries, & lauetur diligenter quousque omnem pinguedinem in aquam deposuerit. Postea expressa lana seponatur, & aqua illa pinguis & sordida ex vasculo in aliud diutissime ex alto fundatur, & refundatur, donec spumosa fiat, ac tum spuma sinatur subsidere & colligatur aquæ innatans pinguedo, iterumque aqua ut prius refundatur, donec spumet, ac innatans pinguedo auferatur, quod tam diū fiat donec non amplius appareat spuma, & nulla super aquam cōcrescat pinguedo. Tum collectam pinguedinem cum spuma in aqua purâ manu subigendo laua, sordesque immixtas, sæpius immutando aquam, aufer, donec aqua pura effluat, & pinguedo linguæ admota non mordeat, deinde reponatur in fictili denso, & mundo, in loco frigido.

PLVMBVM ELOTVM.

DIOSCORID. l. 5. c. 95.

Aqua in plumbeū mortariū iniecta, pistillo plumbeo laboriosè agitetur, dum nigrescat, & limi modo crassescat lutulenta. Linteolo dein coletur, aquâ superaffusâ, ut quicquid dissolutum incernatur. Id repete, dum sit satis. Lotum ubi subsederit, effusâ priore aqua, & affusâ nouâ lauetur ut Cadmeia, nigrities dum extet nulla. Demùm in pastillos efformatum reponatur. Modos ex illo alios non addimus, quòd isto hodiè vtantur alij, (Norimbergenses.)

PLVMBVM VSTVM,

DIOSCOR. l. 5. c. 96.

Tenuissimas in Plumbi laminas, recente stratas fictili, Sulphur inspergito, & laminis adiectis aliis, sed interiecto nouo Sulphure, & rursus aliis, donec vas impleatur, ignem succendito. Flagrante Plumbo, rude ferrea versato, prorsus in cinerem dum redigatur, & Plumbi vstum nihil adhæserit; Occlusis demùm naribus eximito, ne Sulphuris aut Plumbi halitus sit noxius. Hinc ut Cerussam elue. Ibidem, & aliter, præscribit idem; sed hic, qui vrunt hac ætate.

PLVM-

P L V M B I C R V D I

P V L V I S . F E R N .

meth. 6. c. 16. f.

Plumbum in tenuissimas ducatur laminas : hæ concidantur minutissimè , acerrimo aceto immergantur per triduū , aceto indies mutato , macerentur : exemptæ , & citrà vstionem igne siccata , terantur in mortario laboriosè : in puluerem sic tenuissimum læuissimumq; redigantur , puluis vsui reseruetur.

P V L M O N V M V V L P I S
P R Æ P A R A T I O .

Plmones Vulpis recentes , exemptâ priùs asperâ arteriâ , vino albo cui Hyssopus & Scabiosa priùs incoctæ , diligenter laua , deinde furno temperatè calido sicca , ità tamen vt non comburantur , postea reponatur inuoluti Absinthio , Marrubio , vel Hyssopo siccis.

S I M P L E X P R Æ P A R A T I O
S C A M M O N I I .

R Cammonij , electi , lactescens , in puluerem redacti libram vnam.
Succi Cydoniorum vncias octo.

Commisceantur , & post macerationem viginti quatuor horarum , lento calore humiditas euaporetur , residuum seruetur ad vsum. 2^a.

Vel Puluis Scammonij imponi solet in Cydonia excava- ta , quæ postea pasta circumlinuntur , & in furno , vel sub cineribus assantur s. a. & postea eximatur Scammonium , & seruetur ad vsum.

S C A M M O N I I 3^a.

R Cammonij puluerizati vncias quatuor.

Imponantur in phialam vitream , addendo Succi Cydoniorum depurati tantum , vt supernatet tribus digitis vel quatuor. Stet in Balneo calido , donec lactescat : separetur liquor per inclinationem , & repetatur succus alius toties donec amplius non lactescit. Sinatur hic liquor residere , ponatur residentia in fictile vitreatum , & stet in Sole vel stupha.

S C I L L Æ P R Æ P A R A T I O
A D T R O C H I S C O S .

Non multum absimile
pag. 121. col. 2.

R Cillam magnam recentem
Sabiectis eius exterioribus
V 5 aridis,

aridis tunicis, inuolue pastæ panis & affato eam in furno cum panibus, donec panes percōcti fuerint. Hinc è furno exime Scillam, & sigillatim omnes tunicas detrahe, & funiculo traiectas (vt se inuicem tunicæ non contingant) in calido loco exiccato, seruatoque; abjiciatur verò medium Scillæ cor, vnde germen enasci solet. Illud etiam obseruandam est, Scillam non esse incidendum ferreo cultro, sed ligneo, osseo, aut eburneo; nam contrahit à ferreo venenosam quandam rubiginem. Ad Acetum & Vinum rectiùs præparetur, laminas separando, & exiccando in vmbra.

TEREBINTHINÆ CO- QVENDÆ MODVS.

℞ **T**erebinthinæ Venetæ libram vnam: cui affunda-

tur aquæ satis magna quantitas, (scilicet libræ viginti quatuor,) in qua tam diù coquatur, donec odorem amittat, inspissetur, indurescat, & Resinæ modo friabilis fiat, vitri modo dissiliat, & albida inter coquendum agitando euadat.

TVTIÆ PRÆPARATIO.

TVtia Arabū, seu Græcorum. Cadmia ter saltem in crucibulo candefacta, aquâ Rosarum toties extincta, demùm læuigata, linteo mundo inclusa, in vase aquâ limpidâ pleno, huc illuc ducatur & agitetur, vt eius tenuior & vtilior pars in aquam effluat; impurior & crassior in linteo remaneat: residere permittatur, & aqua effundatur, atque aliâ denuò affusâ, idem opus repetatur, donec in linteo nihil vtile remaneat, &c.

INDEX COMPOSITORVM.

A.		B.	
Acaciæ Substitut.	47	Balsamum Magistrale Florent.	134
Acetum Anthosatum.	16	Benedicta Laxatiua.	87
Acetum Calendulatum.	16	Boli Armeni Preparatio.	198
Acetum Caryophyllatum Tunicæ.	16	Bryeniæ Fæcula.	198
Acetum Distillatum.	16	Butyrum Mâiale.	198
Acetum Rosaceum <i>Mes.</i>	16	C.	
Acetum Saluiatum.	16	Calcis viue ablutio.	198
Acetum Sambucinum <i>Mes.</i>	16	Cancrorum fluuiatilium Vstio.	198
Acetum Scilliticum <i>Mes.</i>	16	Caryocostinum. <i>Bayr. è Gal.</i>	87
Acetum Theriacale <i>Norimb.</i>	17	Cassia extracta pro Clysteribus <i>Aug.</i>	87
Acetum Theriacale.	17	Cassia extracta cum folijs Sennæ.	89
Æris Vstio.	197	Cassia extracta sine folijs Sennæ.	88
Agaricus Trochiscatus.	118	Caules Condîtæ.	51
Aloe Rosata.	97	Ceratum Ammoniacum.	178
Aloen abluendi modus.	97	Ceratum de Galbano.	178
Antidotum Hæmagogon <i>Rom.</i>	77	Ceratum Oesipatum. <i>Gal.</i>	178
Antidotus Analeptica <i>Fern.</i>	72	Ceratum Santalinum.	178
Antidotus magna Matthioli.	80	Ceratum Stomachicum.	179
Antimonij Vitrum.	192	Chalybis limaturæ præparatio.	199
Antispodij Præparatio.	197	Chalybs præparatus per Insolationem.	187
Aquæ Simpliores.	1, 2, 3	Chalybs præparatus per Vstionem.	187
Aqua Absinthij Composita.	4	Condita.	51
Aqua Aluminis Magistralis <i>Fal.</i>	14	Confectio Alkermes.	72
Aqua Angelicæ magis composita.	4	Confectio Hamech <i>Mes.</i>	92
Aqua Antepileptica Langij.	9	Confectio Humain. <i>Mes.</i>	76
Aqua Bezoartica breuis Langij.	5	Confectio de Hyacintho.	76
Aqua Bezoartica Matthioli.	5	Confectio Liberans.	66
Aqua Caponis.	6	Confectio de Thure.	55
Aqua Cinnamomi.	6	Conseruæ Florum.	53
Aqua Cinnamomi Clareta.	6	Conseruæ & Sacchara.	53
Aqua Cinnamomi Matthioli.	6	Coralliorum Preparatio.	199
Aqua Cœlestis Matthioli.	7	Coriandrorum Preparatio.	199
Aqua Composita.	13	Cornu Ceruini Vstio.	199
Aqua Cordialis.	8	Cortices conditi.	51
Aqua Cordialis Frigida Saxonix.	8	Cremor siue Sal Tartari.	187
Aqua Fortis.	186	Crocomagma <i>Damocratis.</i>	113
Aqua Hysterica cum Extracto.	9	Crocus Martis.	187
Aqua Imperialis.	9	Crocus Metallorum.	188
Aqua Mariæ.	10	Cymini Præparatio.	199
Aqua Melissæ magis composita.	10	D.	
Aqua Mellis.	186	Decoctum Carminatiuum.	18
Aqua Mirabilis.	10	Decoctum commune pro Clystere.	18
Aqua Protheriacalis.	12	Decoctum commune pro Medicina.	18
Aqua Roris Solis vulgò Rosa Solis.	11	Decoctum Epithymi <i>Mes.</i>	19
Aqua Doctoris <i>Stephani.</i>	11	Decoctum Florum & Fructuum.	19
Aqua Theriacalis Lugdunensis.	12	Decoctum Pectorale.	19
Aqua Theriacalis Stillatitia.	12	Decoctum Sennæ <i>Gerconis.</i>	20
Aqua Vitæ.	13	Diacalaminthes compos. <i>Fern.</i>	58
Aqua Viquebach.	14	Diacalaminthes simplex <i>Gal.</i>	58
Aromaticum Caryophyllatum.	56	Diacapparis Gilberti.	74
Aromaticum Rosatum.	56	Diacarthamum seu Diacnicum Arnoldi.	89
Athanasia Mithridatis è <i>Galeno.</i>	73	Diacaryon seu Dianucum Galeni.	42
		Diacassia	

I N D E X.

Diacassia cum Manna.	88	Elect. Elefoph, Mef.	91
Diacatholicon, Nicolai.	90	Elect. Indum minus.	92
Diachylon Compositum.	165	Elect. Lenitum.	93
Diachylon Ireatum.	164	Elect. de Ovo Maxim.	84
Diachylon Magnum, Mef.	164	Elect. Passulatum.	93
Diachylon Magnum cum Gummi.	165	Elect. Pectorale.	79
Diachylon simplex, Mef.	164	Elect. Reginæ Colon.	94
Diacinnamomu.	74	Elect. Resumptium.	72
Diacodium Galeni.	42	Elect. è Succo Rosarum.	93
Diacodium Solidum siue Tabulatum.	54	Emplastrum Album Coctum de Cerusca.	159
Diacodium.	28	Emplast. ex Ammoniaco.	159
Diacorallion vsuale Colon.	74	Emplast. de Baccis Lauri.	160
Diacorum Mef.	74	Emplast. Barbarum inagnum.	160
Diacrocuma siue Species Elect. de Croco.	91	Emplast. de Betonica.	160
Diacynodium Galeni cum speciebus.	75	Emplast. Cephalicum.	163
Diacydonium Londinense Compos.	75	Emplast. Cæsaris.	161
Diacydonium simplex.	75	Emplast. Ceroma seu Ceroneum.	163
Diacyminum Nicolai.	59	Emplast. Catagmaticum, Vigonis.	161
Diagalanga, Mef.	59	Emplast. Catagmaticum, Renod.	162
Diaireos Salomonis, Nic.	77	Emplast. ex Cicuta cum Ammoniaco.	163
Diaireos Simplex, Nic.	61	Emplast. de Crusta Panis.	164
Dialacca Mef.	61	Emplast. è Cymino.	164
Diamargariton calidum, Auicen.	61	Emplast. Diuinum, Nicol.	167
Diamargariton frigidum, Nicol.	62	Emplast. Flos Vnguentorum.	173
Diambra Mef.	62	Emplast. Gratia Dei.	167
Diamoron Nicolai.	42	Emplast. Griseum de Lapide Calaminari.	168
Diamoschu amarum, Mef.	63	Emplast. de Gummi Elemi.	167
Diamoschu dulce, Mef.	63	Emplast. ad Herniam, Fernel.	168
Dianifum, Mef.	59	Emplast. Hystericum.	169
Dianthon, Nicolai.	63	Emplast. de Ianua.	169
Diapalma seu Diachalciteos.	165	Emplast. Isis Epigoni.	171
Diapenidion, Nicol.	64	Emplast. de Mastiche, Nic. Alex.	171
Diaphœnicon calidum, Mef.	166	Emplast. de Mastiche, Renod.	169
Diaphœnicon frigidum, Mef.	166	Emplast. <i>Μητροπολιτικόν.</i>	172
Diaphœnicon, Mef. iuxta Fern.	89	Emplast. de Meliloto.	170
Diaprunum Simplex, Nicol.	90	Emplast. de Minio compos.	170
Diaprunum Solutiuum.	90	Emplast. de Minio simp. Lond.	171
Diarhodon Abbatis.	64	Emplast. Nervinum, Vigonis.	173
Diasatyrion, Nicolai.	78	Emplast. Nigrum, Aug. Stichpflaster.	172
Diasatyrion magis gratum.	78	Emplast. Oxycroceum, Vig.	174
Diascordium, Fracastorij.	82	Emplast. Oxycroceum, Nic.	173
Diatragacanthum frigidum, Nic.	65	Emplast. de Ranis, Vigonis.	174
Diatrion Pipereon, Galeni.	65	Emplast. Sanctum Andr. à Cruce.	175
Diatrion Santalon, Nicolai.	65	Emplast. sine Pari Anonymi.	176
Diaturbith cum Rhabarbaro.	71	Emplast. <i>Στεφανικόν.</i>	175
Diaturbith maius sine Rhabarbaro.	70	Emplast. Stomachicum.	177
Diospoliticum.	64	Emplast. Stomachicum Magist.	177
E.		Esulæ Radicis Preparatio.	199
Eboris Vstio in Antispodium.	197	Euphorbij Preparatio.	200
Eclegma Scilliticum, Mef.	50	Extracta conficiendi ratio.	193
Elaterij Preparatio.	199	Extractum Antepilepticum.	9
Electuarium amarum magistrale.	88	Extractum Hystericum.	9
Elect. amarum minus.	88	Extractum Theriacale.	13
Elect. de Baccis Lauri.	73	F.	
Elect. de Citro Solutiuum.	91	Ferri Scoria Electuarium.	75
Elect. Diaspermaton.	79	Flores conditi.	51
		Florura	

I N D E X.

Florum Conferuę.	53	Mercurius Dulcis.	189
Flores Sulphuris.	188	Mercurius Dulcis secundus.	109
Flos Vnguentorum.	179	Mercurius Vita.	190
Fructus conditi.	51	Micleta Nic.	79
G.		Millepedum Pręparatio.	201
Gallia Moschata, Mef.	111	Mithridatium Damocratis.	82
Gerse Serpentarię conficiendę modus.	200	Miua Cydoniorum, Mef.	47
H.		N.	
Hęmoptoici Pastilli.	117	Nepenthes Opiatum.	192
Hedychroon Androm.	111	Nutritum seu Crudum.	143
Hellebori nigri Pręparatio.	200	O.	
Hiera cum Agarico.	98	Oesypum faciendi modus.	202
Hiera Logadij.	94	Oleum Absinthij Chym.	180
Hiera Pachij, Nicol. Alex.	95	Oleum Absinthites.	128
Hiera Picra simplex.	94	Oleum Amygdalarum amararum.	125
Hircini Sanguinis Pręparatio.	200	Oleum Amygdalarum dulcium.	125
Hirundinum Vltio.	200	Oleum Anethinum.	128
Hystericum Emplastrum.	169	Oleum Sem. Anethi Chym.	180
I.		Oleum Antimonij.	184
Iulapium Alexandrinum.	25	Oleum Aparicij Benedictum.	131
Iulepum Rosatum.	25	Olea ex Aromatibus.	181
Iulepum Violatum, Mef.	25	Oleum Arsenici.	184
L.		Oleum Auellandarum.	125
Lacę Pręparatio.	201	Oleum Balsami.	183
Lac Virgineum.	20	Oleum ex Baccis Iuniperi.	181
Lapidis Lazuli Pręparatio.	201	Oleum de Capparibus.	181
Lapis Infernalis Septicus.	188	Oleum de Castoreo.	128
Lapis Prunellę.	189	Oleum de Castoreo Jac. de Manlijs.	132
Laudanum.	106	Oleum Cerę Chymicum.	182
Lætificans Galeno adscriptus.	66	Oleum Chamęmelinum.	128
Linimentum Arcei.	139	Oleum Cheirinum.	128
Linimentum simplex Placent.	143	Oleum Cinnamomi Chym.	181
Lithontribon Nic.	67	Olea ex Corticibus.	81
Liquor Tartari.	186	Oleum Costinum, Mef.	132
Lohoch è Caulibus.	48	Oleum Crocinum, Mef.	132
Lohoch de Papauere, Mef.	48	Oleum Cydoniorum.	128
Lohoch è Passulis, Aug.	48	Oleum Enulatum.	128
Lohoch è Pino, Mef.	49	Oleum Euphorbij.	128
Lohoch è Pulmone Vulpis.	49	Oleum de Euphorbio compos.	132
Lohoch Sanum & expertum.	49	Oleum Excestrense vulgò Exceter.	133
Lumbricorum pręparatio.	201	Oleum Formicarum, Nic.	128
M.		Oleum ex Guaiaco Chym.	182
Magisterium Perlarum & Coralliorum & in- de Sales.	189	Oleum Hirundinum.	133
Manus Christi ad Lumbricos.	54	Oleum Hyperici.	129
Manus Christi simplex & Perlata.	54	Oleum Hyperici compos.	134
Margaritarum Pręparatio.	201	Oleum Iasminum.	129
Mel Anacardinum Azaruij.	45	Oleum Irium.	129
Mel Anthosatum, Mef.	42	Oleum Irium compos.	134
Mel Emblicarum, Aug.	45	Oleum Latericum Philosop.	183
Mel è Mercnriali.	42	Oleum Laurinum, Mef.	127
Mel Passularum, Nic.	42	Oleum ex Lignis.	182
Mel Rosarum Nicolai.	43	Oleum Chymic. ex ligno Sassafras.	182
Mel Rosarum commune.	43	Oleum Ligustrinum.	183
Mel Rosarum solutium.	43	Oleum Liliorum alborum.	183
Mel Violarum.	43	Oleum Lumbricorum.	129
		Oleum Maiorana compos.	135
		Oleum	

I N D E X.

Oleum Mandragoræ, Nicolai.	135	Pilulæ de Aloe Lota.	98
Oleum Mastichinum.	129	Pilulæ Arabicæ, Nic.	100
Oleum Menthæ.	129	Pilulæ Arthriticę.	101
Oleum Moschelinum.	135	Pilulę Assaiereth, Auicennę.	98
Oleum Myrrhæ Chym.	182	Pilulę Aureę.	101
Oleum Myrrhæ.	130	Pilulę de Bdellio, Mef.	98
Oleum Myrtillorum.	129	Pilulę Cochix, Rhafis.	101
Oleum Narcissinum.	130	Pilulę Chochię cum Helleb.	101
Oleum Nardinum, Mef.	136	Pilulę de Cynoglossio.	106
Oleum Sardinum Simplex.	130	Pilulę ex Esula.	105
Oleum Nenupharinum.	130	Pilulę ex Eupatorio, Mef.	98
Oleum Nicodemi, Fallop.	136	Pilulę ex Euphorbio, Mef.	105
Oleum Nicotianæ.	136	Pilulę Fœtidę maiores.	102
Oleum ex Nucleis.	126	Pilulę de Fumaria, Auicen.	102
Oleum Oliuarum commune.	127	Pilulę de Hermodactylis mai.	102
Oleum Oliuarum Omphacinum.	127	Pilulę de Hiera cum Agarico.	98
Oleum Papaueris.	130	Pilulę Imperiales, Fern.	98
Oleum de Piperibus, Mef.	137	Pilulę Indæ, Mef. ex Haly.	102
Oleum Populneum, Nic.	137	Pilulę de Lapide Lazuli.	103
Oleum Rosatum Completum.	128	Pilulę Lucis Maiores, Mef.	103
Oleum Rosaceum Omphacinum.	127	Pilulę Mastichinæ, Fernel.	99
Oleum Rutaceum Simplex.	130	Pilulę Mechoacanæ, Renod.	104
Oleum Sabinæ.	130	Pilulę de Opopanace, Mef.	105
Oleum Salis.	184	Pilulę Pestilentialis, Ruffi.	99
Oleum Sambucinum.	129	Pilulę de Rhabarbaro.	99
Oleum Scorpionum simplex.	130	Pilulę Rudij.	104
Oleum ex Seminibus.	126	Pilulę Scribonij.	106
Oleum Sicyonium.	130	Pilulę sine quibus esse nolo.	104
Oleum Solani.	131	Pilulę Stomachicæ, Mef.	99
Oleum de Styrace.	131	Pilulę è Styrace, Mef.	106
Oleum Succini.	185	Pilulę de Succino.	99
Oleum Sulphuris.	185	Pilulę ex Tribus, Fern.	100
Oleum Tartari.	185	Pilulę Turpeti Aureę.	105
Oleum Terebinthinæ.	182	Pleres Archonticon.	68
Oleum Thuris.	183	Plumbi crudi puluis, Fern.	203
Oleum Verbenaceum.	131	Plumbum Elotum.	202
Oleum Violaceum.	131	Plumbum Vstum.	202
Oleum ex vitellis Ouorum.	127	Pomatum seu Seuum Confectum.	144
Oleum Vitrioli.	186	Posca.	44
Oleum Vulpinum, Mef.	137	Patio Vulneraria.	21
Oxicroceum Vigonis.	174	Pulmonum Vulpis Preparatio.	203
Oxymel compos. Mef.	43	Pulpe Condite.	52
Oxymel Elleboratum, Gesn.	44	Puluis Cardiacus, Fern.	57
Oxymel Iulianizans.	44	Puluis Cardiacus maior, Fernel.	57
Oxymel Scilliticum Damocratis.	45	Puluis ad Contusos ex casu.	57
Oxymel Scilliticum simplex.	45	Puluis Haly.	65
Oxymel Simplex, Mef.	43	Puluis ad Hemorrhagiam.	69
Oxyfaccharum Simplex, Nic.	25	Puluis ad Lumbricos.	71
P.		Puluis Palmarij.	68
Pastilli Andronis, Galen.	113	Puluis præferuat. à Peste, Montag.	69
Penidia.	54	Puluis Saxonicus.	68
Philonium Persicum, Mef.	83	Puluis ad Scabiem.	70
Philonium Romanum, Nicol.	84	Puluis Radulphi Holland.	70
Pilulæ de Agarico.	100	Puluis Sanctus.	70
Pilulæ Aggregatiuæ siue Polychrestæ.	100	Puluis Senneę.	70
Pilulæ Alephanginæ.	97		

Radices

I N D E X.

R			
Radices Conditæ.	52	Syrup. Diasereos Andernaci.	33
Requies Nicolai.	85	Syrup. de Epithymo, Mef.	34
Rob sine Sapa simpliciter.	46	Syrup. de Eupatorio, Mef.	34
Rob de Berberis.	46	Syrup. ex Floribus Persi am.	29
Rob de Cornis.	46	Syrup. Florum Nymphææ compositus.	27
Rob de Cydoniorum.	46	Syrup. Florum Nymphææ simplex.	27
Rob Prunorum acidorum.	46	Syrup. de Fumaria compositus, Fern.	24
Rob de Ribes.	47	Syrup. è Glycyrrhiza.	35
Rosata Nouella.	69	Syrup. de Hyssopo, Mef.	35
Rotulæ Pectorales.	108	Syrup. Infusionis flor. Caryophyllorum.	27
		Syrup. ex Iua Arthritica.	36
S		Syrup. Iuiubinus, Mef.	35
Saccharum Rosatum.	55	Syrup. Magistralis ad Melancholiam.	36
Saccharum Saturni.	190	Syrup. de Meconio, Mef.	29
Saliū conficiendorum modus.	195	Syrup. de Melissa phylli.	37
Sal Coralliorum.	189	Syrup. de Mentha maior.	37
Sal Fixus sine Elementalī.	196	Syrup. Myrtinus, Nicolai.	38
Sal Perlarum.	189	Syrup. è Papauere.	28
Sal Vitrioli.	191	Syrup. de Papauere compositus.	28
Sal Volatilis sine Essentialis.	195	Syrup. de Papauere Erratico.	28
Sanguinis Hirci præparatio.	200	Syrup. de Pomis Fern.	38
Sapæ.	46	Syrup. de Pomis Regis Saporis.	38
Scammonij Præparatio.	203	Syrup. de Portulaca, Mef.	25
Scillæ præp. ad Trochiscos.	203	Syrup. de Prasio, Fernel.	39
Semina Conditæ.	54	Syrup. de Quinque Radicibus.	40
Sief de Plumbo, Mef.	117	Syrup. Raphani, Fern.	39
Sief de Thure, Rhafis.	118	Syrup. Rosaceus solutiū, Mef.	29
Sparadrapum, seu Tela Galteri.	175	Syrup. Rosaceus solutiū cum Agarico.	29
Species cordiales temperatæ.	58	Syrup. Rosac. solut. Helleboratus.	29
Spec. Elect. de Gemmis calidi.	60	Syrup. Rosac. solut. sine Helleboro.	32
Spec. Elect. de Gemmis frigidi.	60	Syrup. de Rosis siccis, Mef.	29
Spiritus Castorei.	13	Syrup. Scabiosæ compos. Magistralis.	40
Sticticum Paracelsi.	176	Syrup. de Scolopendrio, Fern.	40
Succus Prunellorum.	47	Syrup. de Stæchade, Mef.	41
Succus Glycyrrhizæ.	47	Syrup. de Symphyto.	31
Syrupus de Absinthio, Mef.	30	Syrup. de Tusfilagine compositus.	25
Syrup. Acetosus compositus.	32	Syrup. Violarum.	30
Syrup. Acetosus simplex, Mef.	32	Syrup. è Succo Violarum.	30
Syrup. Acetosus simplex Londin.	32		
Syrup. Acetositatis Citri.	33	T.	
Syrup. de Althæa, Fernel.	30	Tapfimet.	157
Syrup. de Artemisia, Mat. de Grad.	31	Tapfualentia Ioh. Ardern.	156
Syrup. Augustanus, vel de Rhabarbaro Augu-	32	Tartarum Vitriolatum.	192
gustanorum.	32	Terebinthinæ coquençæ modus.	204
Syrup. de Betonica compositus.	23	Theriaca Andromachi.	85
Syrup. de Betonica simplex.	23	Theriaca Diatesaræ.	80
Syrup. Bizantinus compositus.	24	Theriaca Londinensis.	87
Syrup. Bizantinus simplex.	24	Trochisci de Absinthio, Mef.	107
Syrup. Capillorum Veneris, Mef.	25	Trochisci de Agarico.	118
Syrup. Cardiacus, vel Iulepi.	41	Trochisci albi, Rhafis.	116
Syrup. de Cichorio cum Rhabarbaro.	32	Trochisci Alexiterij, Renod.	107
Syrup. de Cinnamomo.	26	Trochisci Alhandal, Mef.	118
Syrup. è Corallijs compositus.	26	Trochisci Aiptæ Moschata.	107
Syrup. è Corallijs simplex.	26	Trochisci Alkekengi.	116
Syrup. de Corticibus Citri, Mef.	27	Trochisci de Auiso, Mef.	108
Syrup. Cydoniorum.	24	Trochisci Bechici albi, vel Rotulæ pecto- rales.	108
		Trochisci	

I N D E X.

Trochisci Mechici nigri Rhafis.	108	Vng. Anodynum ex Cordo.	139
Trochisci de Berberis, Mes.	108	Vng. Apostolorum.	146
Trochisci de Carduora, Mes.	109	Vng. è succis Aperitiuis primum Fœsij.	147
Trochisci de Capparibus, Mes.	109	secundum Fœsij.	148
Trochisci de Carabe, Mes.	107	Vng. Aregon, Nicolai.	147
Trochisci Cypheos, Damocratis.	109	Vng. de Artanita maius.	148
Trochisci Diacoralliu.	117	Vng. Aureum, Mes.	140
Trochisci Diarhodon, Mes.	110	Vng. Basilicon maius.	140
Trochisci Diaspermaton.	117	Vng. Basilicon minus.	140
Trochisci de Eupatorio, Mes.	110	Vng. ex Bdellio, Mes.	140
Trochisci de Gallia Moschata.	110	Vng. de Calce Fœsij.	141
Trochisci Gordonij.	110	Vng. Catapforas.	149
Trochisci Hedychroi, Androm.	111	Vng. Citrinum, seu Citrium.	149
Trochisci Hysterici, Renod.	111	Vng. Comitissæ Varign.	150
Trochisci de Lacca, Mes.	112	Vng. Dialthææ compos.	141
Trochisci de Ligno Aloes, Mes.	113	Vng. Dialthææ simplex.	141
Trochisci Musæ, Galen.	113	Vng. Diapompholygos Nihili.	142
Trochisci è Myrrha Rhafis.	112	Vng. Emulatum.	141
Trochisci Polyidæ, Sphragis.	113	Vng. ad Hemorrhoidas, Nor.	150
Trochisci Ramich, Mes.	114	Vng. Hemorrhoidale Saxon.	151
Trochisci de Rhabarbaro, Mes.	118	Vng. Laurinum vulgare.	151
Trochisci de Rosis, Mes.	114	Vng. ad Lumbricos.	157
Trochisci de Santalis maiores.	115	Vng. Martiatum.	151
Trochisci de Scilla, Galeni.	114	Vng. de Minió.	142
Trochisci de Spodio, Mes.	115	Vng. Mundificatiuum ex Apio.	152
Trochisci è Succino.	118	Vng. Neapolitanum.	152
Trochisci de Terra Lemnia.	112	Vng. Neruinum.	153
Trochisci è Violis solutiua.	119	Vng. Nicotianæ.	143
Trochisci de Vipera.	115	Vng. Ophthalmicum, Renod.	143
Trochisci Viticis, siue Agni Casti.	116	Vng. Pectorale, Nicolai.	153
Tryphera minor, Mes.	95	Vng. è Plumbo.	144
Tryphera Solutiua, Renod.	96	Vng. Populneum, Nicolai.	153
Turbidum minerale.	191	Vng. Potabile ex Fœs.	144
Tutiæ Preparatio.	204	Vng. Refrigerans, Gal.	142
V.		Vng. Resinum.	153
Valentia Scabiosa Ioh. Arden.	155	Vng. Resumptiuum.	154
Vinum Absinthites.	15	Vng. Rosatum, Mes.	145
Vinum Anthosatum.	15	Vng. Rubrum Desiccat.	145
Vinum Scilliticum.	15	Vng. ad prurimum Scabiosorum.	144
Vnguentum Adstringens.	145	Vng. Splenicum.	154
Vng. Ægyptiacum, Mes.	139	Vng. Splenicum Magistrale.	155
Vng. Agrippæ, Nicolai.	146	Vng. Stomachicum, Norimb.	157
Vng. de Alabastro.	146	Vng. Tutiæ vulgare.	145
Vng. Album, Rhafis.	139		

The Printer to the Reader.

Readers, may it please thee to take notice, that this being the fourth Edition of this Worke, and is now freed from all errors (formerly committed either by the Transcriber or Printer) by the great labor, paines, care, and industry of that Honourable Society (the Authors of this Worke) and by them (intending onely publike good) diligently and truly corrected and amended, as also newly amplified, enlarged, and adorned with such additions as vnto them seemed most needfull.

No faults haue escaped in this Impression (except literall) and so not worthy of an Errata. Errors are more ancient then Printing, and therefore I expect them to passe the Reader without wonder, as they shall doe me without apologic. Thus much I thought needfull to aduertise thee of, and to acquaint thee with the best and last Edition, printed the 8. of April. 1632.

Thy friend, I.M.

F I N I S.

